fornicatō q̄ ꝯmittit̄ ſine iniuria alteri⁹ pſone

4 ¶ Quot ſunt eius filie. R. Iſy. ponit quatuor ex pte ſermonis. nam ſermo dʒ eſſe decēs. ꝯtra qđ eſt turpiloquiū. Scđo licitus. cōtra quod eſt ſcurrilitas. Tertio expediēs contra quod eſt ludrica. Quarto ſale ꝯditus. ſ. ſapiētie. contra qđ eſt ſtultiloquium. Eſt ⁊ quinto cecitas mentis. Sexto precipitatio. Septio icōſideratio. Octauo amor ſui. Nono ē odiū dei. Decimo amor mūdi. Vndecimo horror futuri ſeculi. Et duodecimo inconſtantia. de quibus. s. interrogationes.

5 ¶ Vtꝝ in tactib⁹ ⁊ oſculis ⁊ hmōi ſit pctm̄ mortale. R. ꝙ ſic. qn̄ deliberate fiunt cā delectationis luxurioſe ſcđm ꝙ. s. dixi. cogitatio. ſecus qn̄ fiunt cā amicitie.

Magiſter ſm̄ Hoſtien. dicit̄ is qui alicuius rei ſiue negocij pre ceteris curam gerit. l. i. §. magiſtruʒ. ff. de exerci. Et hoc nomē magiſter dr̄ a monendo ſiue monſtrando. ff. de verbo. ſig. l. quib⁹ ꝑcipua. ⁊ de magiſtris. c. q2. Sed ꝓprie magiſter vocat̄ qui docet grāmaticam vel alias facultates. ⁊ ſic accipitur de magiſtris. c. q2 nonnullis. ⁊ in cle. i. eo. ti.

i ¶ Qualis debet eē magiſter. R. ꝙ dʒ eē idoneus ꝓuidus. ⁊ diſcretus. in ſciā quā vult docere. c. i. ij. ⁊. iij. eo. ti. ⁊ idoneus eſt qui primo moribus. ⁊ poſtea facūdia alios antecellit. l. vnica. C. de ꝓfeſſori. Nā qui alios docet non dʒ hr̄e neceſſe ab alijs doceri. ar. xxxvi. di. §. ecce. Debet etiam habere bonam ꝯuerſationem teſtem doctrine. lxiiij. di. valentianus.

2 ¶ Vtꝝ religioſus dēat ad magiſteriū aſſumi. R. ꝙ ſi ingerit ſe vt fit cōiter hodie non debet. xvi. q. i. monachus. cū multis. c. ⁊. q. vij. c. in noua. Si vo non ingerit ſe ſed mittit̄ a ꝓlato ſuo ad quē ptinet. ſic pn̄t ⁊ debent aſſumi. xix. q. i. ſic viue. ⁊. c. ſi clericatus. ⁊. c. doctos. ⁊ extra. eo. ti. c. i. ⁊ pe.

3 ¶ Que ſcientie legi poſſunt. R. ꝙ oēs que faciunt ad inſtructionem anime. corporum. vel reruʒ. niſi ſint reprobate. ⁊ ſunt iſte que legi poſſunt ſingulariter.

Grāmatica de qua. Quicquid agant artes ego ſemꝑ ꝑdico partes.

Dialetica de qua. Me ſine doctores fruſtra coluere ſorores.

Rethorica de qua. Eſt mihi dicendi rō cū flore loquendi.

Muſica de qua. Inuenere locū ꝑ me modulamina vocum.

Geometria de qua. Rerꝫ menſuras ⁊ earum ſigno figuras.

Ariſmetrica de qua. Explico per numeꝝ que ſit ꝓportio rerum.

Aſtrologia de qua. Aſtra vias ꝙ poli varias mihi vendico ſoli.

¶ Vtrum mathematica poſſit legi. R. ꝙ mathesis cū aſpiratōe medie ad exercitiū nec lʒ docere. q2 ſignificat artē diuinādi. ⁊ ē reprobata vt. C. de male. ⁊ mathe. l. nēo. ⁊. l. culpa. 4

Sʒ ad inſtructiōeʒ doceri poſſet. xxxvij. diſt. legim⁹. Sʒ ego credo ꝙ etiā ad inſtructiōem nō liceat. q2 cui⁹ vſus malus ē ipm̄ quoqꝫ malū eſt. vt dr̄ in ꝑmo ſen. di. i. Sed alia mateſis que hʒ penul. breuē hn̄ licita ē que eſt de quatuor. vltimo dictis ſciētijs. vnde verſus. Scire facit mateſis dat diuinare matheſis.

¶ Theologia pre oībus doceri ꝑt. eo. ti. c. q2 nōnullis. Ius canonicū ⁊ ciuile de ꝓuilegijs cū de diuerſis. li. vi. 5

¶ Sʒ quid de poetꝫ qui vt in plurib⁹ ſunt ad aīmos iuuenū corrūpendos. R. ꝙ diſtiguendū eſt de libris gentiū. Nā ꝗdā libri ſunt qui vt in plurib⁹ ſunt de laſciuijs. vt Ouidius de arte. ⁊ ſimiles. ⁊ tales legere vel audire oīno ꝓhibitū eſt. Et ſic intellige. c. ſacerdotes. ⁊. c. legant̄. ⁊. c. ideo. xxxvij. di. Sūt alij libri gētiliū ſeu poetaꝝ q̄ vt plurimū multū vtilitatis afferūt licet in eiſ aliqn̄ ſint aliqua turpia immixta. ⁊ tales libros legere ꝉ audire cā eruditionis vocabuloꝝ. vt ꝑ eos ſciant loqui recte atqꝫ ornate nō eſt ꝓhibitū. ⁊ ſic loquit̄. c. turbat. eadē. diſti. cū duobus. c. ſeqn̄tibus. dūmodo ſit talis magiſter qui fabulas laſciuas abbreuiet ⁊ obſcure legat. Et ſic limita gloſam in ſumma diſti. xxxvij. vide etiā quod dicam infra. ſcientia. 6

¶ Vbi dn̄t magiſtri inſtitui ad legēdū. R. ꝙ in oīb⁹ locis. vbi facultates eccīe ſuppetūt. ſiue ſit cathedralis. ſiue alia eccīa que habeat facultates ſufficientes ad hoc dʒ poni magiſter qui legat in grāmatica cui ꝯpetens bn̄ficiū aſſignet̄. ſeu ꝑcipiat fructus vni⁹ ꝓbende ⁊ tādiu ſolum ꝗ̄diu ꝑſeuerat in docendo clericos gratis illius eccīe. ⁊ alios paupes. In metropolitana vo eccīa dʒ eſſe magiſter qui doceat in ſacra pagina. ⁊ de his que ptinent ad curā aīaꝝ. xxxvij. di. de quibuſdam. ⁊ eodē titulo. c. i. ⁊. c. q2 nōnullis. Hodie vero ſtatutū eſt ꝙ romana. pariſien. oximen. bononien. ſalmacinen. eccleſia habeat duos viros peritos ad inſtruendū. in lingua hebrayca. caldaica. ⁊ arabica. clemen. i. eodem titulo. ⁊ ibi ponitur cuius ſumptibus. 7

¶ Quid ſi nō vacet aliqua ꝓbenda. R. quili 8

bet de ꝑbendatis dꝫ dare tm̄ ꝙ faciant vnam
prebendā ſi ſupereſt ad eoꝝ neceſſitatem .ar.
c.fi.de his que fiunt a maio.par.capi.⁊ de ec
cle.edi.c.de his.vel ſi nō ſupeſt expetent do-
nec vacat prima.ar.c.dilectus.el.ij.de ꝑben.
ſm Ber.⁊ Hoſt.

9 ¶ Sꝫ pone ꝙ ſit prebēda vna aſſignata ma-
giſtro.nunquid tenent̄ canonici eligere aliuꝫ
canonicū.cum magiſter non ſit canonicus.⁊
ſtatuto cū iuramento firmato caueat̄ ꝙ ſint
tot in numero. R.ꝙ nō auctoritate illius cō
cilij.c.qꝛ non nullus.eo.ti.nec faciunt contra
iuramentum nec currit eis tempus.qꝛ non di
citur vacare talis prebenda.niſi quando ma
giſter deſiſtet a legendo.

10 ¶ Vtruꝫ magiſter poſſit eligi in canonicum
ſub illa ꝯditione.vt doceat. R.ꝙ non qꝛ de-
bet ceſſare omnis ꝯditio ⁊ pactio.alias eſſet
ſymoniacū. Sed ſi vacaret aliqua prebenda.
tūc ea vacāte poſſent ſtatuere.vt iſtud onus
ſit ei annexum.ita vt no. Hoſti.⁊ Ber.in di-
cto.c.qꝛ nōnullis.quis Hoſti.videat̄ tenere
ꝙ etiam in primo caſu non eſt ſymonia.ſed ꝑ
mutatio de ſpirituali ad ſpirituale.c.ad que
ſtiones.de re permu.

11 ¶ Vtrū talis magiſter cui aſſignata eſt ꝑbē-
da vel proviſio de eccleſia poſſit aliquid exi-
gere a ſcholaribus. R.ꝙ non.etiam ꝑtextu
cuiuſcūꝗ ꝯſuetudinis.in.c.i.eodem titulo.⁊
ſi exigit a clericis illius eccleſie.vel a paupi-
bus alienis ꝯmittit ſymoniam.ſm Hoſti.in.
c.quia.eodē titulo.⁊ Iohan.Barto.Brix.
⁊ Archidia.in.c.de quibuſdā.xxxvij.diſtin.
Et hoc intellige ſi redditus ſunt ſufficientes
ſecus ſi ſit pauper.nec habet ꝓuentus ſuffici
enter aſſignatos.qꝛ magiſtri neceſſitas ſub-
leuanda eſt.dicto.c.qꝛ nonnullis.quia ſic nō
eſſet ſymonia.ſm Alexan.nec eſt vendere ſciē
tiam ſed laborē ſuum.facit.l.ij.ff.de ori.iur.
ſicut ⁊ epſ.licet non poſſit facere exactiones
tamen ex neceſſitate exigit ſubſidium chari-
tatiuum.c.cū apoſtolus.§.prohibemus.de
cenſi.⁊.c.cum ſit.de ſymo.⁊.c.conquerente.
in fi.de offi.or.

12 ¶ Quid de alijs magiſtris. R.ꝙ ſimiliter
non debent exigere aliquid quando ſunt ſala
riati debite in ſtudijs generalibus a quocūꝗ
ſm Pa.in.d.c.quia nōnullis. In alijs extra
ſtudia generalia.ſimiliter non poſſunt a pau
peribus.ſed bene a diuitibus alienis.⁊ etiaꝫ
ſm conſuetudinem.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi aſſidua.ff
de edili.edic.Facit.l.ſi fundus.ff.de euic.⁊
quod no.Bar.in.l.nemo ē qui neſciat.ff.de duo
bus reis. Si vero non ſunt ſalariati pn̄t exi-
gere.ſed non a paupibus.de cenſi.c.licet. Et
hec intellige vera ꝙ pn̄t exigere qn̄ non eſt ſi
bi ꝓuiſum ſufficienter.⁊ loquor hic nō de his
qui legunt vt addiſcant.vel ꝓpter honorem.
qꝛ tales non gerunt vtiliter negociū alienuꝫ
ſed ſuum.ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.ij.ſed
de illis qui ad vtilitatem ſcholarium legunt
vt ſunt docti.

¶ Nūquid oēs magiſtri poſſint oblata a ſcho
laribus ſponte recipere. R.ꝙ ſic.c.dilectus 13
filius.el.ij.in fi.de ſymo.x.q.iij.prīcipis.quia
quedam ſunt que licet inhoneſte petantur tm̄
honeſte recipiunt̄.l.i.§.eſt quidem res.ff.de
va.⁊ extraor.cog.

¶ Vtrum magiſter ꝓpter lucrum datum ſibi
a ſcholaribus ꝯcedens eis vacationem vel ce 14
lebrationeꝫ feſti peccet. R.Rodoñ.ꝙ ſi hoc
facit ꝓ recreatione eoꝝ non eſt ſymonia.ſꝫ ta
men turpe lucrum.ſecus ſi faceret ꝓpter feſtū
colendum vel non colendum.quia eſſet ſymo
nia.ſm Ray.

¶ Vtꝝ poſſit ſine ſymonia aliquid exigi pro
licentia docendi danda. R.Hoſti.⁊ Goff.ꝙ 15
ſymonia non eſt.ſed turpe lucrum de neceſſi-
tate reſtituendum ei qui dedit ſi erat idone-
us.qꝛ non turpiter dedit.ſed potuit redimere
vexationem ſuam.c.dilectus.el primo.de ſy-
mo.ſecus ſi non erat idoneus.qꝛ cū turpiter
dederit non ei reſtituit̄.ſed pauperibꝰ de bo-
no ꝯſilio eſſet dandū.vide quod no.Ber.in.c
prohibeas.eo.ti. Idem dic de epō qui non
vult dare licentiam ſuo clerico eundi ad ſcho
las.niſi aliquo ſibi dato. Rodoñ tm̄ credit ſy
moniacū epm ſi propter lucꝝ dat licentiam
ꝓ quinquennio a iure conceſſo.c.ſuper ſpecu
la.eo.ti. Similiter ſi ad maius tempus quan
do habet reſpectum principaliorem ad ſoluē
dum euꝫ a ſpirituali officio quod debet eccle.
Si vero ꝓpter moram in ſtudio faciendam.ſic
turpe lucrum eſt.non ſymonia.ſed mortale
peccatum.

¶ Vtꝝ quis poſſit peti licentiam docendi in 16
theologia. R.ſm ſanctuꝫ Thomam inquol.
ꝙ ſic.cū communicare ſcientiā ſit opus cha-
ritatis. Quod intellige verum qn̄ hoc querit
propter bonum finem.ſed ꝓpter ſuperbiam.⁊
extollentiam non liceret.

¶ Vtꝝ ille qui obtenta licētia fecit expēſas 17
in ꝯuiuijs ſecundū conſuetudinem poſſit aliū
ſubſtituere cum pacto ꝙ reddat ſibi expēſas
Reſpon. Rodoñ.ꝙ ſic.dummodo ſubſtitu-
tus legat vice ſua.⁊ conſuetudo ſit ſubſtitu-

endi. Si vero totū ius ſuum in eum tranſfert
ſic nō pt aliquid etiā ꝓ intereſſe ſuo paciſci.
⁊ multo min⁹ de certa portiōe emolumēti pci
pienda. nec ē ɔtra ꝙ eccleſia tradit tali mō.
q₂ beneficia ſūt aſſignata ꝓ ſuſtentandis cle
ricis ſꝫ iſtud pro labore docendi.

18 ¶ Utꝝ peccent mortaliter admittentes ad
doctoratū niſi exigant iuramentū ꝙ nō expē
dent vltra tres mille turonenſes argēteos in
tali doctoratus vel magiſterij ſolēnitate. R.
ꝙ ſic. ⁊ ſunt ſuſpenſi per ſex menſes ab hmōi
promotione etiam ſi ſunt epiſcopi. vt in cle
men. vltima. de magiſtris.

Maioritas non queritur a ſermo dei ſed
inferioritas. xl. diſtin. multi. xciij. diſti.
diaconi ſunt.

Maledictio ꝓprie eſt imprecatio ſeu op
tatio mali alicui facta ſub rōe mali. hoc
eſt inquantum eſt malum, intendens ipſum
malum. vt colligit ex. c. deus. xxiiij. q. iij. Lar
ge autem. accipitur etiā pro blaſphemia dei
vel ſanctorum. vt in. cap. ſtatuimus. de male.
⁊ omnis talis maledictio prohibetur. xxiiij.
q. iij. ſi igitur. xlvi. diſtinc. clericus. ⁊. c. i. de
male.

i ¶ Utrum ſit peccatum mortale maledictio.
R. ꝙ aliquando quis imprecatur malū alte
ri ſub ratione boni. vt ſcilicet ɔuertatur. vel
non habeat cauſam faciendi mala. vel ei qui
meret maledici. ſic non eſt peccatū. fm Alex.
ſecunda ſecūde tractatu de maledictione. qñ
fit cum alijs debitis circunſtantijs. imo ma
ledictio iſto modo erit bonum. licet ſit malū
ei cui maledicitur. ſed quando quis maledi
cit proprie. tunc ſemper eſt peccatum morta
le ſi fit cum deliberatiōe rationis. ⁊ de malo
notabili. ſecus ſi ex impetu vel de re minima.
Dicit tamen Alex. ꝙ ſi talia ducantur in con
ſuetudinem poſſet eſſe mortale propter con
temptum.

2 ¶ Utꝝ liceat maledicere creature irrationa
li. R. fm Alex. vbi ſupra ꝙ maledicere crea
ture irrationali ſcdm ſe ɔſiderate eſt ocioſū
⁊ vanū ⁊ p ɔñs illicitū. Maledicere aūt eis
ꝓut ordinant ad hominē. ſic eſt idē pctm ac ſi
fieret homini. ⁊ ita mortale. ſicut dictū eſt. ⁊
de talibus intelligit illud. maledici regnum
dei non poſſidebūt. xxiiij. q. iij. §. illicita. ⁊ de
pena maledicentium deum vel ſanctos. vide
ſupra. blaſphemia.

Maleficium dr aliqñ ſortilegium vel in
cantatio. vt. xxvi. q. v. nec mirū. ⁊ de hoc
infra ſortilegiū. ⁊ qūo pt deſtrui. vide. j. ſup
ſtitio. §. xiij. Aliqñ dr quodcūqꝫ crimē vt fur
tum. rapina. ⁊ hmōi vt inſti. de obliga. que ex
deli. na. Eſt etiā quaſi maleficiū nocumentū
quod fit proximo preter propoſitū. vt inſti.
de oblig. que ex quaſi delic. na. per totum.

Malicia dr tripliciter. Primo ꝓ habitu
vitioſo ex quo ꝓcedit ꝙ hō eſt valde in
clinatus ⁊ ꝓmptus ad agendū opa illi⁹ vitij
habituati. ⁊ ſic ē peccare ex malitia. i. ex ele
ctione mali ꝓpter illā inclinationē habitus vi
tioſi. ſed nō ē pctm in ſpiritumſanctū. Scdo
dr malicia ɔtemptus. ⁊ abbominatio rerꝫ ſpi
ritualiū ꝓcedēs aliqñ ex inordinata triſtitia
mentis. ⁊ iſto mō eſt filia accidie. Tertio ma
licia dr pctm in ſpūſanctum. de quo dic vt. j.
peccatū. §. iij. Et iſtis duob⁹ modis ſemp eſt
peccatū mortale malicia. ex qua in ɔtēptū bo
na ſpiritualia vl diuina habent. ſi ē in delibe
ratiōe volūtatis. fm. S. Tho. ſe. ſe. q. xxxv.

Mandatum dr qñ quis ad ſatiſfactiōe
ſue voluntatis imponit aliquid alicui
nulla data pecunia. ſeu quocūqꝫ alio. interue
niant quecūqꝫ vba. ita tñ ꝙ ſint que mādant
ad vtilitatē ſeu ſatiſfactionē mandantis. Si
vo ſunt ad vtilitatē illius cui ɔmittit. ſic di
cet ꝓſuaſio. ⁊ ꝓſuaſor non mādator. vt nota.
Bar. in. l. nō ſolū. §. ſi mādato. ff. d iniur. Si
aūt data pecunia ſi eſt circa delictum, ſic dr
mandatū accipiens aſſiſſinus. de quo in. c. ꝓ
humani. de homi. lib. vi. ⁊ dicta. l. non ſolum.
Ubi vero non eſt circa delictū mandatarius
dicitur locator. ⁊ mandans conductor. nec ē
mandatum proprie.

¶ Utꝝ mandans delictū includat ſub diſpo i
ſitiōe iuris vel ſtatuti punietis eū qui fecerit
tale delictū. R. Pa. in. c. mulieres. de ſentē.
exco. ſic diſtinguit aut verba ſcripta ſunt in
rem. puta dicit ius ſiue ſtatutum pro homici
dio īponat talis pena. ⁊ ſic includit ex ꝓpria
ſignificatione verboꝝ. q₂ de homicidio quod
mandauit tenet. l. hec vba. ff. de adulte. ⁊. l.
aut qui aliter. §. hec vba. ff. quod vi. aut clā.
⁊ vtrobiqꝫ per Bar. ⁊ per Cy. in. l. non ideo
minus. C. de accuſatio. Aut vba ſunt ſcripta
in ꝓſonā. vt q₂ dr. ſi quis ɔmiſerit homicidiū
puniat tali pena. ⁊ ſic ſi ɔmittit per inſtrumē
tum qd neceſſario opat neceſſitate facti ſicut
mittens ſagittam ⁊ hmōi. vel opat p inſtru
mentum neceſſitate iuris. ſicut qñ ꝓcurator
vel ſubdito aliquid mandatur licitū. ſic inclu
dit mandans. q₂ ipſe vere facit quoniā actus
attribuitur principio. facit. l. item mela. §. i. ff
ad. l. aquil. ⁊ pro hoc tex. in. l. ſi pater. in fine

ff. de mano. vin. ⁊ .l.iij. §. ſi procurator. ff. ꝙ
quiſqꝫ iur. ⁊ ideo ſtatutū puniens proponētē
exceptionē ꝯtra inſtrumentū. mādans ꝓcura
tori ꝓponere tenetur pena ſtatuti. Si vero in
inſtrumentū per quod explicat̃ operat̃ volun
tate ꝓpria nō neceſſitate facti vel iuris. vtpu
ta q: mandauit delictū ꝯmitti. mandatarius
non tenet̃ obedire. tunc in diſpoſitione iuris
cōis mandator ꝯprehendit̃. non ex ꝓpria ſig/
nificatione. ſed interp̄tatione iuris. qđ vult
parū intereſſe vel per ſe vel per aliū facere. vt
dicit tex. i.l.i. §. deieciſſe. ff. đ vi. ⁊ vi. arma. ſꝫ
non habebit locū in ſtatuto in quo fictio non
habet locū .l.iij. §. hec verba. ff. de nego. geſt.
Et hoc tene. licet Bal. in. d.l. non ideo minus
aliter diſtinxerit. Diſtinguo tñ ſm Bal. in .l.
omnes populi. ff. de iuſticia ⁊ iure. ſic ꝙ aut
ſtatutū indulget. ⁊ ſic ꝯprehenditur. q: ceſſat
odiū. ⁊ fauor eſt ampliandus. regula odia. li.
vi. Aut punit ⁊ tūc. aut de pena regulari que
non multum exorbitat a iur̃. cōis diſpoſitōne
⁊ ſic includitur. q: tunc ſtatutum debet inter
pretari. ſm ius commune. vt in. c. cū dilectus
de cōſuetudine. nota Innocen. in. c. cauſam
que. de reſcriptio. ⁊ Barto. in. d.l. omnes po
puli. quā quidem penā ius commune vult vt
ꝯprehendatur. vt ſupra dictuꝫ eſt. Aut punit
pena irregulari. ⁊ que exorbitat a communi
iure. Et ſic non includitur. ſed habebit locuꝫ
in caſu ſuo ⁊ hoc ſenſerunt doctores antiqui
in ſimili in .l. quicunqꝫ. C. de ſeruis fugiti. in
illa queſtione nunquid maſculinuꝫ concipiat
femininum. quod in odio regulari comprehē
ditur. ſed in irregulari non. Nec obſtat predi
ctis. c. mulieres. de ſenten. excōmu. in verbo
vere quod videtur innuere ꝙ non interpreta
tiue. q: illud verum eſt. ſm Barto. in .l. ſed ſi
vnius. ff. de iniur. in peccato. ſed non in pena
⁊ quod nō vere ꝯprehendat. Facit. c. vt fame
de ſenten. excommu. vbi tex. inquit facere vi/
deantur. Ergo interpretatiue ad ideꝫ. de cle.
pu. in duel. c. ij. Vbi pugil vere homicida đr
⁊ mandans non. licet teneatur de homicidio.
Item quia tex. ponit vt diuerſa facere ⁊ mā
dare. l. diſtinctione. ſi quis viduam. ⁊ de ho/
mici. c. ſicut dignum. Ergo in penis irregula
ribus a iure communi per ſtatuta non habe/
bit locum. vbi fictio non habet locum. vt dixi
Idem dic ꝙ quo ad effectus naturales qui
ex ipſo facto proueniunt vel requiruntur nū/
ꝙꝫ ſunt paria facere per ſe vel per aliuꝫ. Facit
quod no. Bar. in. d. §. deieciſſe. vbi vult ꝙ nō
eſt idem adulteriū facere per alium. ſicut ꝑ ſe
ſed quoad effectus ciuiles qui ꝯſiſtunt in re/
primendis iniurijs. ſic tene qđ .s. dixi. Et ſic
intellige. Et limita glo. in. c. ſciant cuncti. de
elec. li. vi. ⁊ iura in ea allegata.

¶ Vtrum mandatarius non ſeruans formaꝫ 2
mandati faciat aliquid validum. Reſpon. ꝙ
non quia geſta contra formam mandati ſunt
nulla. ⁊ non ſolum quando fit expreſſe contra
formam. ſed etiam qñ fit preter. ⁊ circa for/
mam. quia quando ad actum datur certa for
ma. paria ſunt agere cōtra citra. ⁊ preter for
mam. Vide tex. cum gloſa. in capitulo. is cui
de electioni. libro ſexto. ⁊ capitulo. prudenti
am. de officio delega. facit. l. diligenter. in ꝑn
cipio. ff. mandati. no. Panor. in. c. fina. de re
ſti. ſpo.

¶ Quid de mādato qualificato. R. ſm Pa. 3
in. d. c. fi. ꝙ diſtribuit̃ in duo mādata. ⁊ ſi nō
ꝑt impleri in facto ſeu ſubſtātia debet imple/
ri in modo ſeu qualitate. Ex quo infert̃ ꝙ ſi
duo mandantur etiaꝫ data certa forma licet
non poſſint ſimul impleri debet tñ fieri quod
poteſt ⁊ valebit actus. Facit qđ no. ꝑ glo. ⁊
doc. in. c. ꝯſtitutus. de reſcrip.

¶ Quid de eo qui mandauit delictum quod 4
poſt multum tempus ille exequitur. conclu/
dit Inno. in. c. ad audientiam. de homi. qđ
tenet̃ ſi nō reuocauit expreſſe vel tacite. vtpu
ta quia feci pacem cum inimico vel parente/
lam. vt. l. iij. §. finali. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. ff. de
adimē. lega. Et hoc ſequitur Bal. in. d.l. non
ideo minus.

¶ Vtrū mandans teneat̃ mandatario de ca/ 5
ſu fortuito. Reſpon. Pa. in. c. ſicut. de iureiu
ran. ꝙ agens actione mandati petit damna
que veriſimiliter cōtingere potuiſſent quaſi
mādans ea debuerit cogitare a principio ſm
Inno. in. d. c. ſicut. ⁊ ſic petit expenſas ⁊ dā/
na. ar. ff. de nego. geſt. l. nenſenius. ⁊ ſic dicit
intelligendā. l. inter cauſas. §. non oīa. ⁊ .l. ſi
quis alicui. §. impendia. ff. mādati. niſi dāna
cōtigiſſent ex caſu fortuito qui veriſimiliter
nō fuiſſet cogitatus. d. §. non oīa. ⁊ hoc tenet
etiam Io. an. in regula damnum in mercuri/
ali. li. vi. Et intellige ꝓdicta in eo qui gratis
ſuſcipit mandatum. nā mandatū dꝫ eē gratui
tū. l. i. §. i. ff. mandati. ⁊ ideo iſti ſtipendiarij.
qui veniunt ꝓ precio non pñt agere ad dāna.
q: non ſunt mandatarij. vt dictū eſt. Itē illi
qui cā pietatis vel parentele ⁊ hmōi hoc faci
unt xxiij. q. iij. non inferenda. Similiter nec il
li qui ex debito tenētur. xi. q. iij. ſi dñs. ⁊ c. iu/
lianus. vide qđ no. in. d.l. nenſenius.

6 ¶ Utrū mandatū expiret morte mandatoris
℞. doc. in. c. gratum. ⁊. c. relatum. de officio
delega. ꝙ re integra expirat. l. mandatū. C.
mandati. alias nō. Quō res dicat̃ integra ⁊
quō non. vide ibidē. ꝑ doctores.

Manifeſtum nos reſcribimus intellige
re qđ vel ꝑ ꝯfeſſionē vel ꝓbationē legiti
me notū fuerit. aut euidētia rei que nulla poſ
ſit tergiuerſatiōe celari. dicit tex. ī. c. cū olim
in fi. de ver. ſig. ⁊ ibi dicit glo. ꝙ ꝓprie mani
feſtum dicitur qđ non eget probatione.

i ¶ Utrū in diſpoſitōe vbi fit ſimpliciter men
tio de manifeſto debeam⁹ accipe maīfeſtū ꝓ
prie ⁊ ꝓut eſt ſpecies diſtincta a notario. ℞.
ſm Pa. in. d. c. cū olim. ꝙ debem⁹ ꝯſiderare
materiā ſubiectā. vt no. in. c. rogo. xi. q. iij. ⁊
etiā vſum loquendi. ar. c. quis. de v̄. ſig. In
dubio vero debem⁹ capere ꝓprie. Ad h. l. non
aliter. ff. de leg. iij. ⁊ in. c. fi. de ver. ſig. ⁊ maxi
me in penalibus.

Manumiſſio eſt libertatis datio. nā dū
quis in ſeruitute ē. manui ⁊ ptāti ſuppo
ſitus eſt. ſed ſi manumiſſus ē. liberat̃ a manu
⁊ poteſtate domini. vt inſti. de liber. §. i. ⁊. xij
q. ij. cum redemptor.

i ¶ Quis pt̄ manumittere. ℞. ꝙ is qui hȝ ad
miniſtrationem reꝝ ſuaꝝ. ⁊. xviij. annum in
ceperit inter viuos libertatē dare poteſt. in
ſti. quibus ex cau. ma. non poſ. §. penulti. In
vltima vero volūtate qui teſtari pt̄. ſ. in. xiiij.
anno. pt̄ ⁊ manumittere. vt in. d. §. penl̃. ⁊. C.
qui manu. non po. aut̃. ſed hodie nouo iure.
Item eps̄ poteſt manumittere ſeruos eccīe
bene meritos. xij. q. ij. ſi quos de ſuis. pt̄ etiā
⁊ non bene meritos. dummodo det eccīe pro
vno duos eiuſdē meriti ⁊ peculij. xij. q. ij. eps̄
qui. Intellige de bonis ꝓprijs. Item cā mi
ſerationis pt̄. d. c. cum redemptor. Abbas pt̄
etiam cum conſenſu epī ⁊ monachoꝝ. xij. q. ij
abbatibus. vel ſi ꝯſuetudo ſit ꝙ poſſit vel nō
poſſit. illam ſerua. de his que fiunt a prela. ſi
cum. ⁊. c. ea noſcitur.

2 ¶ Quid ſi quis ſit ſeruus plurium nunquid
pt̄ manumitti ab vno illoꝝ. ℞. ꝙ ſic. ſed ma
numiſſor tenetur alias ſeruare indemnes. C.
de cōi ſeruo ma. l. i.

3 ¶ Utrū valeat manumiſſio in fraudem credi
torum facta. ℞. ꝙ non. C. qui manu. non po.
l. i. ⁊ inſti. ex qui. cau. ma. §. i.

4 ¶ Utrū poſſit manumitti ille qui ꝓpter deli
ctū incidit in ſeruitutem. ℞. Pan. in. c. ita
quorundam. de iude. ꝙ non ſm Jo. an. Facit
l. ij. C. quibus ad li. ꝓcla. non licet.

¶ Quomodo fit manumiſſio. ℞. multis mo
dis inſti. de liber. §. multis modis. Ubi inter
alios dr̄ ꝙ pt̄ fieri in ſecreto. vt ſi dicat dn̄s.
eſto liber vel ꝑ epl̄am vel per teſtm̄ vel ꝑ quā
libet vltimam voluntatem.

¶ Quō reuocatur manumiſſio. ℞. ꝓpter oēs 6
cās ingratitudinis ex quibus reuocat̃ dona
tio. de quibus. s. donatio. i. §. xlij. in. aut̃. vt li
beri. de cetero. §. illud.

¶ In quo differt manumiſſus ab eccīa. a ma 7
numiſſo a priuato. ℞. ꝙ primo. qꝛ ꝓpter ope
ras nō pſtitas reuocat̃ in ſeruitutē. vt. xij. q.
ij. diaconi. ſecus in alijs. vt. C. de libe. cau. l.
ſolo. Scđo qꝛ filij eoꝝ remanent obnoxij ec
cleſie ſue patrone. xij. q. ij. de libertis. ſed alij
non. C. de liber. ⁊ eoꝝ li. l. i. ⁊. ij. Tertio qꝛ ſer
ui eccleſie poſſunt manumitti cū hoc ꝙ non
poſſit alteri q̄ eccleſie ſua bona relinquere.
xij. q. iij. c. i. ⁊. iij.

¶ Utrū in manumiſſione poſſit dn̄s aliqđ ſer 8
uitiū ſpūale ſibi imponere. puta ꝙ ſibi dicat
horas. ⁊ hmōi. ℞. ꝙ ſic. ita ꝙ ſi ſeruare nolu
erit etiā ſi ordinat⁹ fuerit degradet̃. ⁊ pſtine
ſeruituti ſubijciat̃. c. nullus. de ſeruis nō or.

¶ In quibus ꝯſiſtit ius patronatus. ℞. vt 9
no. in. l. fi. C. de bo. lib. in glo. ſ. ꝑmo. vt nō ꝓ
ponat turpem actionē. aut exceptionē aduer
ſus patronū. Scđo reuerentiā ei debet taȝ in
faciendo q̄ꝫ non faciendo. Tertio pſtare dȝ ei
alimenta ſi alias nō hȝ. Quarto patronus hȝ
ius reuocādi eū in ſeruitutē rōne offenſe com
miſſe ꝯtra ipm̄. Quinto patronus habet ius
ſuccedendi liberto. Unde tenetur libertus ei
relinquere legitimam que eſt tertia pars ſuo
rum bonorum ſi in bonis habet plus q̄ꝫ centū
aureos. ⁊ nullos liberos habet cum dece
dit. ſi vero minus q̄ centum aureos habet in
ſubſtantia non tenet̃ ei aliquid relinquere. ꝙ
ſi mortuus fuerit ab inteſtato nullo liberorū
relicto ſic ſuccedit in totum. Uide ibidem ⁊
inſtitu. de ſucceſſ. libertorum. §. ſed noſtra cō
ſtitutio.

Matematici ſine aſpiratione dicuntur
diuini. ſȝ cū aſpiratione ſignificat ſciaȝ
quadriuialē. vnde verſus. Scire facit mathe
ſis. ſȝ diuinare mateſis. de quo vide infra ſor
tilegium ⁊ ſupſtitio. ⁊. s. diuinatio. Undeta
les nō debent ad limen alterius domus acce
dere. alias cōcremari debent. nec aliquis eos
ſuſcipere ſeu conſulere. alias debent deporta
ri ⁊ bona eoꝝ confiſcari. ⁊ diuinator gladio
vltore feriri. vt. C. de male. mat. l. nullus. l.
nemo. ⁊. l. culpa.

Matrimoniũ.i.quidē eſt ꝯiūctio ma
ris ⁊ femine inter ꝑſonas legitīas indi
uiduā vite ꝯſuetudinem retinēs.xxvij.q.ij.§.
i.inſti.de pa.po.in ꝑn.⁊ in.iiij. ſen.di.xxvij.
de preſump.illud quoqꝫ nobis.

1 ¶ Utrū mrīmoniū ſit ſacrm̄ noue legis. R. ꝙ
mrīmoniū ꝑt dupliciť accipi.aut quātum ad
ei⁹ inſtitutōez.⁊ ſic nō ē ſacrm̄ noue legis.qꝛ
fuit aň nouē legē inſtitutū.alio mō ꝗ ad ei⁹ ef
fectū.⁊ ſic lꝫ fuerit aň nouā legē inſtitutū nō
tñ habuit vim ꝯferēdi grām ſicut mō in noua
lege in ꝗ nō ē euacuatū ſꝫ ꝯfirmatū.⁊ factum
grē cauſatiuū.⁊ ſic eſt ſacrm̄ noue legis. Hec
Ricar.in.iiij.di.xxvi.ar.iiij.q.ij.

2 ¶ Quid eſt in iſto ſacro materia ⁊ forma. R.
ſm Ri.vbi.s.eadē.q.vbū.ꝓmū ꝓlatū ē mate
ria ⁊ vbū ſcdo ē forma.qꝛ ſicut vbū accedēs
ad vbū ꝑcedēs ꝗ dicit accipio te in meā vxo
rē eſt forma hui⁹.ſ.dicēdo.⁊ ego accipio te in
meū viꝝ ſꝫ ecōtrario Ber.i.c.tua nos.de ſpo.
vult ꝙ vba ſint forma.⁊ ꝯſenſus ſit materia

3 ¶ Quid ē res.⁊ ꝗd ē ſacrm̄ in mrīmonio. R.
Rica.vbi.s.ar.ij.q.iiij.ꝙ exꝑſſio ꝯſenſus ſiue
exterior ꝯiūctio eſt ſacrm̄ tm̄. Res eſt duplex
que ꝑ illud ſacrm̄ ſignificať.ſ.charitas quam
ſignat ⁊ diſpoſitiue cauſat. Alia eſt vnio xp̄i
⁊ eccīe quā ſignat ſꝫ nō cauſat. Ipſa aūt cha
ritas eſt res tm̄ ⁊ non ſacrm̄.obligatio vo in
terior ꝑ mutuū ꝯſenſum exꝑſſa ſiue ꝯiunctio
exterior eſt res ⁊ ſacramentum.

4 ¶ Utrum grā gratū faciēs ꝯferať in hoc ſa
cramēto. R. Ricar.vbi.s.ꝙ ſic.ſi digne con
trahant ex diuina inſtitutione.

Matrimonium.ij. quō cōtrahiť dic ꝙ
ad legitime ꝯtrahendū.debent fieri ban
na.⁊ quomodo publice contrahenduꝫ eſt.de
quo vide.s.clandeſtinum.

1 ¶ Per quid ꝯtrahiť. R. ꝙ ꝑ mutuū ꝯſenſum
verbis expreſſum.c.tua nos.de ſpo.

2 ¶ Utrū ſine mutuo ꝯſenſu aloꝝ poſſit ꝯtrahi
mrīmoniuꝫ. R.ſm cōiter Theologos ꝙ quo
ad deū ⁊ veritatem nō ꝑt eſſe mrīmonium. ſi
nō ambo ꝯſentiant.ſimul dicāt.aut faciant
quicꝗd voluerint ab extra.xxvij.q.ij.ſuffici
at.lꝫ eccīa aliud iudicet.vt in.c.is ꝗ.de ſpō.

3 ¶ Utrū reꝗrať ꝙ ꝯſenſus ꝑſteť ſimul eodem
tpe. R. Pa.in.c.dilect⁹.de ſpō.tꝫ ꝙ de ſubti
litate iuris neccārio reꝗriť vt ſimul eodē tpe
ꝑſteť.qꝛ dicit glo.in.l.ꝯſenſu.ff.de act.⁊ obli.
⁊ in.l.i.ff.de ꝯbē.emp.ꝙ in ꝯtrib⁹ ꝗ ꝑficiunť
iure gentiū dn̄t ꝯſenſum ſiľ ꝑſtare. Et ſpe.in
ti.de ſpō.dicit ꝙ rn̄ſio alterius dꝫ ſequi īme
diate per.l.ꝯtinu⁹ actus.in ꝑn.⁊.l.i.ff.de v.

ꝯb. Hoſt.vo.in.c.ex lr̄is.quē ſequiť Jo.an.
dicit ꝙ ſufficit ꝯſentiat ꝑ prius ⁊ duret in ꝓ
poſito ſuo.⁊ poſtea alterius ꝯſenſus accedat
ex poſt facto.⁊ eſt verior opi. Hoſti.vt ē ter.
in.d.l.i.§.ſi vo.pn̄s interrogauit.vbi dꝛ int
uallū medij tpis non vitiauit obligationē. ſe
cus ſi non ꝑſeueraret in primo ꝓpoſito. qꝛ ſic
eēt vera prima opinio ꝙ non eſſet matrimo
nium quantūcūqꝫ alter ꝯſentiret poſtea.

¶ Utrū vba exprimētia ꝯſenſuꝫ de pn̄ti ſint 4
neccāria ad matrimoniū ꝯtrahendū. R. cōi
ter theologi in.iiij.di.xxvij.⁊ moderniores
canoniſte.vt no. Pa.in.c.tue fraternitati.de
ſpō.tenēt ꝙ nō ſunt neccāria etiā in loqui va
lentib⁹.dūmō ꝑ alia ſigna exteriora ꝯſenſus
exꝑmať.vt ꝑ nutū ⁊ hmōi. Et iſtud tene.lꝫ a
lij dicāt aliter. Facit ꝓ h.qꝛ legata ⁊ fideicō
miſſa ſolo nutu relinqui pn̄t etiā a loqui valē
te.vt. C.de fideicōmiſ.l.⁊ in epiſtola.⁊.ff.de
lega.iij.l.nutu.c.cū apud.de ſpō.vbi dꝛ ꝙ ſuf
ficit ꝯſenſus.ḡ non requiruntť vba precise.cū
ꝑ alia poſſit exprimi.qꝛ illud dꝛ ſufficere quo
poſito nihil aliud requiritur ad ſubſtantiam
actus.vt no.glo.in.c.ſtatutum.de reſcrip.li.
vi. Item non refert quid de equipollentibus
fiat.c.licet ex quadam.de teſti. Item patet
ꝙ mutus poteſt contrahere.vt in.c.cū apud.
de ſpon.ergo verba nō ſunt neceſſaria.vt pa
tet in.d.c.tue fraternitati.⁊ in gl.in.d.c.ſuf
ficiat. Et iō ſi quis diceret accipio te in meā
vxoreꝫ.⁊ ſi conſentis vt ſit matrimonium.da
mihi oſculū.⁊ illa dat.erit verū mrīmoniū. li
cet nullum verbum dixerit de matrimonio cō
tra inter.ecc.ꝯtrac.c.i.

¶ Utrū ſine aliquo ſenſibili ſigno exꝑmente 5
ꝯſenſum de pn̄ti ꝯtrahať mrīmonium. R.ſm
cōiter theologos vbi.s.⁊ canoniſtas in.d.c.
tue fraternitati.ꝙ non.qꝛ eſt ſacrm̄ ⁊ de rōe
ſacramenti eſt ꝙ ſit in eo aliquod ſenſibile ſi
gnum.⁊ ideo dicit glo.in.d.c.tue.ꝙ ad eē ma
trimonij duo ꝯcurrunt neceſſario.vnū mate
teria.ſ.ꝯſenſus.aliud forma.ſ.vba vel ſigna
ꝯſenſum exprimentia. Aduerte tñ ꝙ ſi pater
cōtrahit ⁊ dicit verba pro filia preſente ⁊ ta
cente ꝙ erit matrimonium.qꝛ verba ꝑentum
⁊ taciturnitas filioꝝ ꝑſentium ⁊ verba intel
ligentiū equipollent ſenſibili ſigno exprimen
ti ꝯſenſum interiorē. D.ō veꝝ intelligo ſi ipſi
pro quibus ꝯtrahunť aliquo ſigno annuunt
alias non credo ꝙ ſola taciturnitas ſufficiat
Et ſic intellige ⁊ limita glo.in.c.non oīs.§.
cū dꝛ.xxxij.q.ij.⁊ in.d.c.tue fraternitati.⁊
ſanctū Tho.⁊ Ri.in.iiij.di.xxvij.

6 ❡ Utrum ꝯſenſus de futuro cū carnali copu
la faciat matrimoniū. R. ſm Ricar. in. iiij. di.
xxviij. ꝙ quo ad deū ⁊ rei veritatē ſine ꝯſen
ſu reali de pñti non pt eſſe mrimonium. c. tua
nos. de ſpon. Et ideo diſtinguit. S. Bona. ea
dem diſt. ꝙ aut copulat̄ ſibi affectu ꝯiugali.
ita ꝙ vir credit copulari cū ſua vxore. ⁊ ecō
trario. ⁊ ſic copula facit mrimoniū ꝓpter con
ſenſum tacitū de pñti quo videt̄ īplere velle
qđ ꝓmiſit. ſ. eam accipe nūc de pñti ſicut an
tea ꝓmiſerat de futuro. Aut cognoſcit eā affe
ctu fornicario. ⁊ ſic nō eſt mrimoniū quo ad
deū. ſꝫ p̄ſumptum quo ad eccłam ꝯtra quam
p̄ſumptioneꝫ non admittit̄ ꝓbatio. vt in. c. is
qui. de ſpōſa. ſi tñ ꝯtraheret de facto cū alia
teneret ſecundū matrimoniū. ſm Ricar. vbi
ſupra. quod no. bene.

7 ❡ Quō cognoſcent̄ ſigna que exprimūt ꝯſen
ſum de pñti. R. ꝙ recurrendū eſt in foro aīe
ad intentionem. ꝙ ſi de intentione neſcit̄. ſic
dicendū eſt ꝙ ſi aliqua vba ꝑceſſerūt ab vno
eoꝝ. vel ab aliquo alio in eoꝝ pñtia. ⁊ ſic po
ſtea ſigna ſic ſm vba determinabit̄ de ſignis
vtputa ſi alter dicit. Ego te accipio in vxorē
⁊ ſi tu ſimiliter ꝯſentis accipe me in viꝝ bibe
vel annue capite ⁊ hmōi. ſic erit mrimonium
Si vero ꝑcedentia denotant ꝯſenſuꝫ de futu
ro. ſic ⁊ ſigna. Qđ ſi nulla vba ꝑceſſerunt. ſic
non iudicabo ꝓ mrimonio. ex quo de intētiōe
non ꝯſtat. Tutius tñ eſt pro mrimonio preſu
mere. q2 nullū ꝑiculum imminet. alias ſic.

8 ❡ Quō verba cognoſcent̄ in dubio qñ de in
tentione nō ꝯſtat. R. ꝙ verba quedā ſunt cla
ra que demōſtrant ꝯſenſum de pñti. ſicut cū
quis dicit. accipio te in meā vxorem. ⁊ illa re
plicat. ⁊ ego accipio te in meū viꝝ ⁊ ſimilia.
Quedam ſunt dubia vnde nota ꝙ verbū pla
cet ⁊ vbū volo denotāt ſecūdū tps preſens
ſm dñm Anto. i. c. ex litteris el. primo. de ſpō
ſa. verbum aūt infinitiuū nihil ꝑfecte ſignifi
cat. ſed determinabit̄ ſcđm verba precedētia
vel ad preſens vel futuruꝫ. Unde ſi verbo vo
lo vel placet addat̄ verbum infinitiuū deno
tans actum non dependētem ſolum a libera
voluntate proferentis. non inducitur diſpo
ſitio de preſenti ſed de futuro. puta cum dicit
placet vel volo aſcendere arborem. Si vero
verbū infinitiuū denotat actum qui procedit
ſolū a voluntate ꝓferentis libere. Et tunc ſi
denotat principiū actus non inducitur diſpo
ſitio de pñti. Exempluꝫ volo tecum ꝯtrahere
vel volo te deſponſare. ⁊ ſic nō erit matrimo
nium. Si vero denotat executioneꝫ actus. ſic
inducitur diſpoſitio de preſenti. Exemplum
volo te habere in vxorem. vel dicatur placet
mihi te retinere pro vxore. ⁊ ſic erit matri
monium. q2 qui vult conſequens vult ⁊ ante
cedens. vt in. c. preterea. ⁊ in. c. prudentiam.
de officio đ legati. In hoc tñ multū inſtant
docto. ſed pertranſeo. ⁊ vide ſi vis Bart. in
l. cunctos populos. C. de ſum. tri. ⁊ canoni
ſtas in. d. c. ex litteris.

❡ Quid ſi dicat prouidebo tibi tanꝙ vxori 9
mee ⁊ illa ſimiliter idem reſpondeat. R. ſm
Hoſti. in. c. ex parte. de ſpon. ꝙ pro matrimo
nio eſt iudicandum.

❡ Utrꝫ ſi dicat̄ viro vis talem pro vxore ⁊ 10
reſpondet placet. ⁊ ſimiliter idem dicit muli
er ſit matrimonium. R. ꝙ patet ex dictis ma
trimonium eſt. no. etiam Hoſti. in. c. ſponſaꝫ.
de ſpon.

❡ Quid ſi dicat ꝓmitto tibi ꝙ non dimittaꝫ 11
te pro meliori vel peiori vxore. R. ſm Hoſti.
in dicto. c. ex parte. ꝙ matrimoniū erit. Nā
in talibus ⁊ ſimilibus dubijs iudicandum eſt
pro matrimonio. argu. de ſenten. ⁊ re. iudi. c.
fina.

❡ Utrū vir dicens promitto tibi ꝙ habebo 12
te pro legitima vxore. ⁊ ſimiliter reſpondet
mulier contrahat de preſenti Reſpon. ꝙ ſic.
vt in. d. c. ex pte. in tex. ⁊ in glo. iij. q. v. c. nec
illud. §. ſed obijcitur. quia verbū habebo po
teſt referri ad tempus preſens. de ma. con
tra. inter. eccl. contra. c. ex litteris. ⁊ ideo ſm
Hoſtien. ⁊ Goffre. ſubaudiendum eſt de cete
ro vel hoc tempore. ſecus eſſet ſi diceret. pro
mitto tibi ꝙ ducam te in vxorem. ſm Jo. in
dicto. c. nec illud. quia ſic eſſent ſponſalia. ⁊
ſimiliter dicit Pa. in. d. c. ex pte. ꝙ erit ma
trimonium ſi dicat promitto tibi ꝙ non ha
bebo aliam vxorem niſi te. ⁊ illa ſimiliter re
ſpondet. ſecus ſi diceret non accipiam aliam
in vxorem. q2 non erit matrimonium.

❡ Quid ſi dicat promitto tibi ꝙ retinebo te 13
perpetuo mecum ⁊ illa reſpondet ſimiliter.
R. ꝙ non eſt matrimonium. niſi dicat ꝙ vult
eam tenere in vxoreꝫ. in auten. qui. mo. natu.
effi. le. §. penul. Jo. tñ in. c. i. xxx. q. v. ⁊ gl. in.
c. ſolet. xxxij. q. ij. tenet ꝙ de iure canonico ē
matrimonium. ⁊ ita tene in dubio. Sed quan
do conſtat de mente non eſt curādum de ver
bis quo ad deum ⁊ conſcientiam. q2 quando
ambo intendebant contrahere de preſenti.
ſemper erit matrimonium etiam ſi verba ſo
nabant conſenſum de futuro. ar. c. intelligen
tia. de verbo. ſig. cum ſimilibus.

14 Sed quid dicēdū cū aliq̄s dixit ꝟba expri
mentia ꝯſenſum de pn̄ti vel de futuro. ⁊ ſecu
ta copula poſtea dicit ꝙ nūq̄ talia ꝟba ꝓtu
lit aīo ꝯtrahendi ſed ſolū aīo extorquendi co
pulā. R. ꝙ alter non dz credere qꝛ nec tenet.
Vn̄ in. c. ꝑ tuas. de ꝓbatiōib᷒ dr̄. Nimis in
dignū eſt iuxta legitimas ſanctiōes. vt ꝙ ſua
quiſq̄ voce dilucide ꝓteſtatus eſt in eo caſu
ꝓprio valeat teſtimonio infirmare. Si aūt te
merarie credit ꝙ dicat verꝫ. ſic non dz nec pe
titionē alterius etiā in carnalē copulā ꝯſen
tire niſi de nouo dicat ſe velle cōtrahere. Si
aūt dicat poſtea ſe eſſe mentitū ⁊ petat debi
tū tūc credat ⁊ reddat. Si ꝟo credit nō eē ve
rū ⁊ ꝑmanet in ꝑma temeraria credulitate ſic
nō dz reddere. qꝛ faceret ꝯtra ꝯſciam ⁊ ſi nō
reddit peccat etiā. qꝛ vir reuocādo qd̄ ꝑus di
xerat expirat illud prius dictū. qꝛ reuocatio
ꝯcordat ꝟbis quibus ꝯſenſit de pn̄ti. hec Ri
car. vbi. s. di. xxvij. ar. i. q. iiij.

15 Sz pone ꝙ p̄fatus nō eā duxit nec vult du
cere ſz potius aliā accepit. R. ꝙ ī foro ecc̄ie
ſi p̄t ꝓbare mulier ꝙ ꝯtraxit ꝑ verba de pn̄ti
vel de futuro ſecuta copula carnali ꝙ coget
eā ducere. nec admittet ꝓbatio in ꝯtrariū. vt
no. in. c. is qui. de ſpon. ſed in foro aīe ſi aliā
non accepit cogēdus eſt vt eā accipiat. ſi eui
denter nō apparet ꝙ potius ſe decipi finxit.
puta qꝛ magna ē diſproportionabilitas. Si
ꝟo aliā duxit aīo ꝯtrahēdi ⁊ in ꝑmā nō ꝯſen
tit. nō dz etiā ad p̄ceptū ecc̄ie ſecundā dimit
tere. ſed potius pati humiliter etiā excōicati
onē. ⁊ tali modo cū ſecunda habitare ꝙ non
generet ſcandalū alijs. qꝛ primū mr̄imonium
non fuit ex quo ꝯſenſus ex ꝑte alterius defu
it. ſz ſecundū. Et h̄ tene qꝛ cōiter tenet. vt no.
Pa. in. d. c. is. licet. quidā dicant ꝙ lz primū
non fuerit mr̄imonium tn̄ etiā ſecundū nō p̄t
eſſe. qꝛ ecc̄ia talem inhabilitat ad ꝯtrahendū
cū quacūq̄ alia a prima. in. d. c. is qui fidem.

16 Quid faciet p̄fata mulier que nō p̄t ꝓbare
ꝯtū mr̄imonium. qꝛ ſicut clandeſtinū. R. ſi
ſtatim vir reuocauit ⁊ patefecit ꝙ nō ꝯſentit
Aut ſi ſit multa diſproportionabilitas. ex q̄
bus veriſimiliter p̄t credere ꝙ nūq̄ in eā cō
ſenſerit ⁊ ſimilia. ſic credo ꝙ ſi ille tranſiuit
ad ſecūda vota. aut oīno rēnuit eam accipere
ꝙ poterit ei credere ⁊ cū alio ꝯtrahere. maxi
me ſi ſic iurat ⁊ ex q̄litate vite ſue p̄t p̄ſumere
ꝙ nō mentiret in h̄. alias nullo mō dz ꝯhere
cū alio ſed viuere in caſtitate. ⁊ ſibi imputet
ꝙ fatue egit clādeſtine ꝯhendo. Sz ſi p̄ūr de
facto ꝯtraxit ⁊ ꝓbabiliter credat ꝙ talis p̄fa
tus non habuerit animum in eam ꝯſentiendi
ſic poterit exigere ⁊ reddere. Si ꝟo nō hz ali
quā ꝓbabilitatē ad hoc credēdū: credo ꝙ te
neat reddere ſz exigere nō poſſit. Si ꝟo crede
ret ꝙ p̄fat᷒ tūc ꝯſenſerit lz poſtea neget. nec
poterit exigere nec reddere. ar. eoꝝ que no.
in. c. inquiſitioni. de ſenten. exco. Quod no.
quia ſepe in practica euenit.

Quid ſi quis poſt ꝯtractū mr̄imonium nō 17
aīmo ꝯſentiendi ſed decipiendi credēs ex ꝯſi
lio ꝑitoꝝ tale mr̄imonium tenere cognoſcit
p̄fatā mulierē tanq̄ ꝯiugem credēs ſic firmi
ter eē. R. ꝙ talis copula nō facit mr̄imoniū
quo ad deū. qꝛ ex quo nullū vinculū p̄ceſſerat
quo ad deū copula nō facit mr̄imoniū. vt no.
in. c. is qui. de ſpon. vbi dicunt doc. ꝙ ſi ſpon
ſalibus ſolutis ſequit copula nō inducit mr̄i
moniū ex quo vinculū ſponſaliū eſt ſolutum.
Idē dicūt vbi interuenerit ꝓmiſſio de ꝯtra
hendis ſponſalib᷒ in futurū. Facit. l. fi. ff. de
ꝯdi. ob cām. Item error iuris nō inducit cō
ſenſum matrimonialem. qꝛ nihil tam ꝯtrariū
ꝯſenſui quā error. l. ſi ꝑ errorem. ff. de iuriſdi.
om. iudi. Facit ꝙ no. Bar. in. l. multum. ff. de
condi. ⁊ demon. vbi dicit ſi iudex errat in fun
damēto iuriſdictionis non valere ꝓceſſum lz
in veritate haberet iuriſdictionē. ⁊ ꝓbat in. c
ſciſcitatus. de reſcrip. iuncto. c. prudentiam.
de officio delega. vbi iudices d̄legati cū clau
ſula. Si nō oēs ⁊c̄. Si ꝓcedunt ſine alio igno
rantes impedimentū ⁊ credentes poſſe ſine
eo ꝓcedere non valet ꝓceſſus. licet habeant
iuriſdictionē. qꝛ erant in fundamento iuriſdi
ctionis. ita iſte errauit in fundamento matri
monij. cū ꝯſenſus ſit eius fundamētum ⁊ de
ſubſtātia eius. vt in. c. tue. de ſponſa. ⁊ ſimili
bus. Vn̄ ſi talis accepit aliā non pōt eam di
mittere in foro aīe aut religionē exire. ſi quā
ꝯfeſſus eſt. ⁊ ſtat eius confeiſſioni in hoc vlti
mo. vt no. glo. in. d. c. is qui. ⁊ ibi ꝑ doc. ⁊ in. c
ſignificaſti. de homici. Idem conſuluit do.
Alex. de neuo in facto.

Utrū mr̄imoniū poſſit ꝯhi inter abſentes
ꝑ procuratorē. R. ꝙ ſic. xxxij. q. ij. honorant.
de ꝯuer. ꝯiuga. c. ex parte. el. ij. in tex. ⁊ glo. ſi
tria ꝯcurrant. Primo ꝙ ſpālitet mādet eidē
de mr̄imonio ꝯtrahendo. Scdō ꝙ ſpecificet
eidem de certa ⁊ ſpāli ſeu determinata ꝑſona
cū qua ꝯtrahat noīe conſtituentis. Tertio ꝙ
ꝯſtituens ꝑſeueret in eadem voluntate vſq̄
quo ꝓcurator ꝯtraxerit. Nā ꝓcurator quātū
cūq̄ generaliter ſit ꝯſtitutus nō poterit ꝯhe
re matrimonium ꝓ ꝯſtituente. niſi expreſſe id

habebat in mandatis. nec hoc ſufficit niſi de
terminet̄ certa ꝑſona cū qua ꝯ̄here debeat in
mandato. hec ꝓbant̄ in tex. ⁊ glo. de ꝓcura. c.
ꝓcurator. li. vi. nec ꝓ̄fata ſufficerent ſi muta⸗
ret animū. vt pꝫ ex dictis hic ſupra licet eccľa
niſi exꝓ̄ſſe reuocaret iudicaret ꝓ mr̄imonio.
tñ quo ad deū ⁊ ꝯſciam nō eſſet mr̄imoniū. ex
quo ꝯſenſus deficit tꝑe quo ꝓcurator ꝯ̄hit.
19 ¶ Sꝫ pone ꝙ ꝓcurator in mandato hꝫ ſpeci
alem ptātem de ꝯtrahendo mr̄imonio ſed nō
determinationem perſone cū qua debeat con
trahere. tñ habet oretenus vel ꝑ litteras aut
alio modo. R. ꝙ ſi ꝯtrahit cum illa erit mr̄i⸗
monium. Nec obſtat glo. in. d. c. procurator.
que tenet ꝯtrarium. qꝛ intelligenda eſt quan⸗
do alio modo non ſpecificauit ſpecialem ꝑſo
nam per rationem ſuam. Verūtamen ſtulta
eſt que cū tali ꝓcuratore ꝯtrahit niſi faciat fi
dem ꝙ ad ꝯtrahenduꝫ ſecum ſit ſpāliter pro
curator deputat⁹. qꝛ ſic ille poſſet negare ꝙ
non miſit eum vt ꝯtraheret cū illa. ſed cū alia
⁊ in foro ꝯtentioſo excluderetur.
20 ¶ Vtꝝ per ſolas litteras poſſit ꝯtrahi mr̄i⸗
monium inter abſentes. R. vt patet ex dictiſ
ꝙ ſic. ſi duo concurrunt. Vnū ꝙ mittēs lr̄as
quib⁹ exprimit ꝙ talem accipit in vxorem de
pn̄ti ſi ipſa ꝯſenſerit. ꝙ ꝑſeueret in eadem vo
lūtate vſqꝫ quo illa cui littere mittunt̄ exꝓ̄ſſe
ꝯſentiat. Secundū ꝙ illa ꝑſona exprimat cō
ſenſum receptis litteris alicui alteri vel per
litteras ſcribat ipſum ꝯſenſum. aliter niſi ex
primat quantūcūqꝫ conſentiat non erit matri
monium: ſm̄ Rod. ar. d. c. honorant̄. ⁊. c. ve⸗
niens. qui cle. vel vouē. ⁊. c. ex publico. de cō
uer. coniuga.
21 ¶ Sed nūquid ſtatim vt litteras reſcripſerit
quib⁹ ſimiliter ⁊ ipm̄ accipe exprimat in viꝝ
aut aliꝗ manifeſtauerit ſic. talis mihi ſcripſit
ꝙ me accipit in vxorē. ⁊ ego notifico vobis
ꝙ ſimiliter ego accipio eū in viꝝ erit mr̄imo
nium. R. videt̄ prima facie ꝙ non. donec ad
noticiā alterius perueniat. qꝛ antea nō eſt cō
ſenſus. i. ſimul ſenſus. ſed diſſenſus. i. ſepara⸗
tus ſenſus ⁊ facit pro hoc. l. ꝯſenſu. ⁊ qđ ibi
no. ff. de acti. ⁊ obliga. Sed tamen ego credo
ꝙ ſtatim vt expreſſit ſit mr̄imonium. qꝛ ibi
ſunt ſubſtantialia matrimonio. ſ. ꝯſenſus ex⸗
preſſus amboꝝ ⁊ cum ſubſtantialia ſint ſuffi
cit ar. eoꝝ que no. per Bar. in. l. prolataꝫ. C.
de ſen. ⁊ interlo. om. iudi. ⁊ iſtđ tene. Ex quo
enim vel nūcio hic exꝓ̄ſſit vel ꝑ lr̄as ſic eſt cō
ſenſus. qꝛ ſimul ambo ꝯſentiunt ⁊ cum ſignis
neceſſariꝭ. ar. ad hoc in. d. c. honoratur.

¶ Quid ſi dicat ꝓmitto vobis trib⁹ ſororib⁹ 22
ꝙ vnam de vobis accipiam in vxorem. ⁊ ille
oēs reſpondēt placet. ⁊ poſtea ꝯgnoſcit vnā
ex illis. R. ſm̄ Hoſtien. ꝙ matrimonium cum
illa erit. qꝛ ipſo facto ꝯſentit. c. dilecti. ⁊. c. vt
noſtrum. de appe. Et hanc opinionem tene.
licet glo. in. c. ex litteris. el ſecundo. de ſpon.
teneat ꝯtrarium. ⁊ multi doc. quam verā in⸗
telligerem ſi quis promitteret trib⁹ feminis
non ꝯſanguineis. qꝛ vnam cognoſcendo poſ⸗
ſet aliam nihilominus accipere ſm̄ fideꝫ. ſed
nō ſic in caſu ꝓpoſito. ⁊ ideo pro matrimonio
eſt iudicandum niſi cognouiſſet eam animo
fornicandi ſolum.
¶ Quero in quid eſt ꝯſenſus qui facit matri 23
monium. R. ſm̄ opinionē Ricar. in. iiij. diſt.
xxxi. ar. ij. q. i. ꝙ ad hoc vt ꝯſenſus faciat ma
trimoniū oꝫ ſint ibi tria bona mr̄imonij impli
cite ⁊ in habitu ſaltem. ſ. ꝙ ꝯtrahentes ꝯſen⸗
tiant. Primo in vinculi inſeꝑabilitatē rōne
cuius eſt in matrimonio bonum ſacramenti.
Secundo in bonū fidei quantū ad eius eſſen⸗
tiale qđ eſt nō negare vſum ſui corꝑis ſi ꝯiūx
aliter petat niſi deus a debito reddendi libe⸗
rauerit. Sꝫ quantū ad accidētale bonū fidei
ſeu acceſſorium qđ eſt nō exhibere alteri quā
ſuo ꝯiugi vſum ſui corꝑis nō eſt neccāriū. ſꝫ
ſolum ad bene eē mr̄imonij. Tertium bonum
prolis quantū ad eius eſſentiale qđ eſt eā ſu⸗
ſcipere ꝯditionaliter. ſ. ſi deus eā dederit vel
non procurare aliqđ impedimentū ne proles
veniat. ſed quantū ad eius accidentale bonū
. ſ. abſolute velle prolē ⁊ eā educare nō eſt ne
ceſſariū. Vn̄ ſi quis ꝯtraheret cū intētiōe ſe
ꝑabilitatis nō dico quo ad thorū ſed quo ad
vinculū. qꝛ ſic eēt ꝯtra bonū ſacramenti. aut
cū intentione denegādi ſeipm̄ alteri ꝯiugi pe
tenti ſine alia diuina reuelatōe. qꝛ ꝯ̄ ſcđm bo
nū. ſ. fidei. Aut cū intētiōe nō ſuſcipiēdi ꝓlē
ſi deus eā daret. aut nō eā educādi. aut ꝓcu⸗
rādi venena ſterilitatis ne ꝓles ꝯciperet̄ aut
naſceret̄ vel educaret̄. qꝛ ꝯtra tertiū bonū ma
trimonij. ſ. ꝓlis mr̄imoniū talis nō ꝯtraheret
Et ideo oꝫ prefata habeat in intētione ſaltē
implicite. Explicite ꝟo ſufficit ꝙ in ꝯtrahē
do intendat illud. qđ inter ꝯ̄hentes requirit̄
ad mr̄imoniū. Maria aūt verꝫ matrimoniuꝫ
ꝯtraxit cū Ioſeph. lꝫ nō intenderet ꝯſentire
in carnalē copulā. qꝛ erat certificata ꝙ Io⸗
ſeph nūꝗ̄ eā reqreret ⁊ ſi eā reqſiſſet ꝙ deus
abſoluebat a tali obligatiōe. Similiť ille qui
ꝯ̄hit ꝗ̄uis nō hēat animū ꝯſummādi ſꝫ religi
onem intrandi. qꝛ cū intrat abſoluitur a deo

a tali obligatione.

14 ¶ Utꝝ intentio libidinis vel pulchritudinis aut diuitiaꝝ excludat mr̃imoniuꝫ. R. ꝫm. S. Bo. in. iiij. di. xxx. ꝙ multe cãe pñt eẽ inducti ue ⁊ ſine pctõ dũmodo non ſiſtat̃ in eis. vñ ſi moueret ſicut cã pncipalis eſt min⁹ honeſta ⁊ eẽt ↄ̃ ſacramẽti vtilitatem. nõ tñ ↄtra ſacramenti veritatẽ. niſi ita eẽt finis ꝙ nõ q̃reret niſi libidinẽ vel diuitias. nõ vxorem ducere. qꝛ ſic eẽt ↄtra veritatem ſacramenti.

15 ¶ Sꝫ nũquid ↄ̃hens ex alio fine q̃ꝫ plis habẽde peccet. R. Pe. de. pal. in. iiij. diſt. xxxi. ꝙ ſic venialiter qñ ↄtrabit pncipaliter ꝓpter vitandã fornicationẽ. ſi mõ ſit talis qui ꝫm cõmunẽ ſpem poſſit habere filios. alias nõ. Dñ lꝫ finis mr̃imonij pmus ⁊ ꝑ ſe ſit intentio generandi. tñ qñ pncipale factũ eſt impoſſibile ſicut in ſene vel ſterili lꝫ de ſecũdario qui ẽ intentio vitandi fornicationẽ facere pncipale. Alie aũt intentiões ſicut reformatio pacis: ⁊ alie honeſte ſi pncipaliter ⁊ ꝑ ſe intendant̃ ſic eſt pctm̃ veniale. ſicut cũ vir ↄgnoſcit vxorem ꝓpter ſanitatẽ. vel baptiſat̃ vt ſanet̃. Alij ꝟo volũt ꝙ ſit mortale qꝛ cũ mr̃imoniũ ſit ſacramentũ nõ p̃t ſine pctõ mortali principaliter intẽdi finis extraneus. ſicut ſi quis baptiſaret̃ pncipaliter ꝓpter queſtũ. non curans de grã baptiſmali. ſꝫ iſtud dicit ideꝫ Petrus ꝙ eſt nimis durũ. ſꝫ tñ nõ eſt ſine rõne. ⁊ ideo ſecurius eſt. tenet tñ ideꝫ ꝙ ↄ̃hens pncipaliter ꝓpter volũtateꝫ peccat mortaliter. Si ꝟo q̃s ↄtrabit ſecundario ꝓpter diuitias. pulchritudinem ⁊ hmõi. non eſt peccatum. niſi ſit inhoneſta intentio.

16 ¶ Utꝝ ↄ̃hens in pctõ mortali peccet mortalit. R. ꝫm. Petꝝ p̃dictũ ꝙ ſic. qꝛ dicit Aug. in. i. q. p⁹ Iſayã. ꝙ ſacramenta talia ſunt vnicuiqꝫ cũ quali ↄſcĩa q̃s accedit. Sꝫ nũquid teneat̃ ↄfiteri videt̃ tenere ꝙ ſic. ſed ego nõ credo de neceſſitate niſi in ꝓpoſito. intellige ꝙ peccat ↄtrahendo per verba de preſenti.

Matrimonium. iij. que impediũt vt nõ ↄtrahat̃. R. ꝙ ſunt. xviij. quoꝝ duo prima impediũt de necitate p̃cepti ita ꝙ peccat mortaliter ↄtrahẽs. tñ ↄtractũ de facto non dirimunt. Tertiũ ꝟo ĩpedit ſolũ ad tps ⁊ aliqñ imperpetuũ. Alia vero ſeq̃ntia tali mõ impediũt ꝙ etiã ſi ð facto ↄtrahat̃ nõ tenet nec eſt mr̃imoniũ poſtea ↄ̃ctum. ⁊ ↄ̃hendo peccat mortaliter nõ in oĩb⁹. ſꝫ ſolũ qñ ↄtrabit ↄtra impedimẽtum. v. vi. vij. viij. ix. x. xij. xiij. xiiij. xv. xvi. ⁊ aliquando incurrit excõicationẽ. ſi ↄtrabit in impedimento ↄſanguinitatis vel affinitatis vel voti ſolẽnis aut ordinis. vt. s. excõicatio. vij. caſu. xli. ⁊ quis p̃t diſpenſare vt quis ↄtrahat in ipſis impedimẽtis. vide. j. impedimentum. xviij. §. ij. ⁊. iij.

Impedimentum primũ ð interdictũ eccleſie. ⁊ iſtud interdictũ eſt duplex quodã generale quo ꝓhibet̃ clãdeſtine ↄ̃here mr̃imonium oĩb⁹. de quo dic vt. s. clãdeſtinũ. Aliud ẽ interdictum ſpãle quo alicui a iudice ſpãlit̃ ꝓhibet̃ ꝓpter aliquã cãm legitimã ne ↄtrahat ⁊ iſtud interdictũ non poteſt fieri niſi ab eo qui poteſt de cauſa mr̃imoniali cognoſcere. ſicut eſt epiſcopus vel alius ordinarius. ⁊ qui hẽat peritiã canonũ. de ↄſan. ⁊ affi. c. i. Dñ ↄ̃hens ↄtra iſtud interdictũ peccat mortalit̃ ⁊ ſi cã ꝓpter quam factum eſt interdictuꝫ eſt ꝑpetua. ſic omnino ſeperabunt̃ data ſnĩa diuortij probato impedimento de matri. ↄtra inter. eccle. ↄtra. c. vltimo. Si vero erat tpalis ſic tenebit matrimonium ſed in penam debent ad tempus ſeparari. de matri. cõtra. inter eccle. ↄtra. c. i. ⁊. ij.

Impedimentum ſecundũ ð feriaꝝ. Nã vt notat Pa. in. c. capellanus. de ferijs prohibent̃ nuptie celebrari ab aduentu vſqꝫ ad epiphaniam incluſiue. licet Hoſti. dicat etiã includi octauã. ſed tu tene non includi. qꝛ. c. nõ oportet. xxxiij. q. iiij. nihil dicit de octaua. niſi ↄſuetudo eſſet. qꝛ illa ſeruanda. l. ſi de interpretatione. ff. de legi. Item a ſeptuageſima vſqꝫ in octauã paſche incluſiue. qꝛ in. d. c. capellanus. dicitur poſt octauas. ergo non in octaua. Item a primo die rogationuꝫ qui eſt ſecunda feria ante aſcenſionem domini vſqꝫ ad octauã penthecoſtes incluſiue. qꝛ dicit in. d. c. capellanus. poſt. vij. dies poſt feſtuꝫ penthecoſtes. non eñ eſſent. vij. dies niſi dñica includeret̃. Facit qð ibi ð tres ſeptimanas que non eſſent niſi includeret̃. ⁊ expone lr̃am cum dicit poſt. vij. dies feſti pent̃. qð caret octauis nuptie ſuſpendant̃ in dñica que ſequit̃ ⁊ deinceps ⁊c̃. vt intelligas de dominica ſecũda poſt penthecoſtes. non quia oportet expectare vſqꝫ tunc. ſed quia ſi vult celebrare eas in die ſolẽni vt communiter oportet expectet vſqꝫ tunc.

¶ Utꝝ in prefatis temporibus prohibeat̃ totaliter ↄtractus matrimonij. R. Pa. in. c. capellanus. ꝙ non quia matrimonium ſine alia celebritate ſed ſolum per verba de preſenti coram facie eccleſie poteſt omni tp̃e ↄ̃hi cũ nõ ĩueniat̃ aliq̃ cã ꝓhibitõis qꝛ ĩ tali cõſenſu nullũ ẽ pctm̃. imo ẽ ſacrm̃. vt ĩ. c. debitũ de

biga. ſꝫ ſolū ꝓhibetˀ ſolēnitas nuptiaꝝ. vt ſūt ꝯuiuia ⁊ alie ſiles ſolēnitates. ⁊ ſolēnis tra/ductio ⁊ carnis cōmixtio. vt tꝫ gl. i. d. c. capellan⁹. Qui aūt facit ꝯriū peccat mortaliter. q2 ꝯtra interdictū eccie ꝯhit de matri. ꝯtra. inter eccle. ꝯtra. ꝑ totū. Tenet tñ Pe. de pal. ꝙ ſolū erit pctm̄ mortale qñ ꝑma vice ꝯſūmat. nō poſtea. niſi faceret in ꝯtēptū eccie. Credo etiā ꝙ ſi mulier que aliū habuit viꝝ ⁊ vir qui aliam habuit vxorē ꝯtraherent ſimul ⁊ ꝯſummarēt ſine alia ſolēnitate cōi ꝙ nō peccarēt mortaliť q2 in eis ceſſat rō ꝓhibitiōis ꝑdicta

Impedimentum tertiū dr ꝯditio. ⁊ hic accipio hanc ꝯditionē ꝓprie. ſ. put eſt ſuſpēſiua actus. de qua habes. s. ꝯditio. §. ij. q̄ fit ꝑ hanc dictionē ſi. Vn̄ ſi q̄s ꝯtrahat cū aliqua ſub iſta ꝯditōe. ſi pr̄ ſuus erit ꝯtent⁹. ⁊ hmōi nō erit mr̄imoniū donec ꝯditio impleatˀ. ⁊ ſi nūq̄ꝫ ipleretˀ nūq̄ꝫ eēt mr̄imoniū. Ad cuius declaratiōem ē ſciendū. q2 ꝯditiōes ſunt in quadruplici genere. ſ. honeſte. turpes. indifferentes. ⁊ ipoſſibiles. honeſte ſunt oēs ille q̄ faciunt ad ꝯdecentiaꝫ mr̄imonij vt ꝙ ꝑentes ſint ꝯtenti. vel que nō derogāt honeſtati. vt ſi dederis mihi dotē. ſi pr̄ tuus remiſerit mihi iniuriā ⁊ hmōi. Et iſte ſi apponātˀ in mr̄imonio ipm̄ ipediūt vt nō ſit donec ꝯditio veniat in eē. Vn̄ ſi ille qui ſub tali ꝯditōe ꝯtraxit mutet aīmū ⁊ diſſentiat. vel aliā ſine ꝯditōe accipiat anteq̄ꝫ ꝯditio impleatˀ. iam nō erit matrimoniū primū. lꝫ poſtea ꝯditio eueniat. Verū ē ꝙ ſi nō trāſiunt ad ſecunda vota. eccia ꝯpellet eū vt eā accipiat. ex quo ꝯditio aduenit. ď ꝯdi. appo. ſuꝑ eo in tex. ⁊ glo. Fallit h̄ in duobus caſib⁹. Primus ſi pendēte ꝯditiōe ꝯmiſceantur carnaliter Et intellige ſm̄ ꝙ. s. dixi mr̄imoniū. ij. §. vi. vel ꝯſenſus de pn̄ti abſolutus adueniat. de ꝯdi. appo. c. de. illis. ⁊. c. ſuꝑ eo. ⁊. c. ꝑ tuas. q2 tūc erit matrimonium de pn̄ti abſolutū. Scd̄s caſus eſt ſi ꝯditio eſt nccāria. vt cū dr accipio te n meā vxorem. ſi ſol fuerit in cācro in eſtate. ⁊ hmōi. q2 ex quo oīs talis ꝯditio eſt extitura nccārio. ſtatim ē matrimoniū. q2 talia futura ſunt iaꝫ ꝑſentia in cauſis ſuis. tex. eſt aptus in. l. ſi pupillus. §. i. ff. de noua. Vn̄ nec ꝓprie dꝫ dici ꝯditio. l. heres meus. ff. de. ꝯdi. ⁊ demō. Hoc tꝫ Hoſti. Car. ⁊ Pa. in. d. c. per tuas. de cōdi. appo. ⁊ S. Bona. in. iiij. di. xxviij. ⁊. S. Tho. in. iiij. di. xxvij. Sed contrariū tenet glo. Jo. Goff. ⁊ Jo. an. in. d. c. per tuas. ⁊ dicūt ꝙ ſi tranſeant ad ſcd̄a vota tenebit ſecundū mr̄imoniuꝫ ꝯtractum ante conditionis euentū. Ego vo credo in foro ꝯtentioſo veriorē ſecundā opinionē. In foro aūt anime iudicandū eſt ſm̄ eoꝝ intentionem. Si enim non intēdebāt tūc ꝯtrahere ſꝫ in tempus cōditionis. ſic nō erit mr̄imonium. ⁊ ſic erit vera ſcd̄a opinio. q2 lꝫ ſtipulatio ſub ꝯditiōe que omnino eſt extitura non ſit ꝯditionalis. eſt tñ in diem ita ꝙ nō debetˀ aliquid anteq̄ꝫ veniat. vt no. in. d. §. i. facit. l. heres meus. in ꝑn. ff. de ꝯdi. ⁊ de mon. vbi lꝫ legatū factū ticio cū morietˀ non ſit conditionale. tñ non tenetˀ heres ſoluere anteq̄ꝫ moriatˀ. eſſet bene ꝯditionale ſi legarentˀ centum titio cum morietur heres. Rō q2 ſi moreretur legatarius ꝑmo q̄ꝫ heres. legatū expiraret morte legatarij. ſed non in primo caſu. q2 trāſiret ad heredes. vt in. d. l. heres. Et ſic pꝫ ꝙ conditio que omnino eſt extitura aliquando facit contractū conditionatū. aliquando non. ⁊ quando nō eſt conditionatū. eſt tamen in diem. ⁊ ſic non erit mr̄imoniū de preſenti. niſi aliud intendat.

¶ Sed nūquid cōditio que nccāria ſubintelligitˀ in ꝯtu ſi exꝑmatˀ faciat cōditionalē. R. ꝙ nō. vt in. l. hec verba teſtatoris. ff. de lega. i. ⁊ in. l. ꝯditōes. ⁊. l. aliquādo. ff. ď cōdi. ⁊ de mon. Nam legatū factū ſub iſta cōditione. ſi heres hereditatē adierit non ē cōditionale. q2 nccārio ſubintelligitˀ. vt in dictis iuribus pꝫ. Sed ſi ꝯtus poſſet fieri etiā nō exiſtente illa cōditiōe ſic. ſi apponatˀ facit ꝯtū conditionalē. ⁊ ſm̄ hanc diſtinctionē cōcor. Archi. ⁊ Jo. an. in. d. c. vnico. de ſpon. li. vi. qui videntˀ contrarij. Sic ergo patet q̄ñ mr̄imonium vel ſponſalia non ſunt conditionalia quando dr contraho cū tali ſi ipſa in me conſenſerit ⁊ hmōi. ſecus ſi diceret ſi deo placuerit. ⁊ hmōi q2 non neceſſario inſunt. q2 poteſt eſſe matrimonium contra voluntatem dei. i

¶ Sꝫ pone ꝙ q̄s cōtraxit ſub cōditione ſi pr̄i ſuo placuerit. pr̄ primo diſſentit. ſꝫ poſtea mutata volūtate ꝯſentit. R. ꝙ n̄ erit mr̄imoniū ꝑ. l. boues. §. h̄ ſmone. ff. de. v. ſig. ⁊. l. hec cōditio. la picola. ff. de condi. ⁊ demō. q2 iſta cōditio. ſi pr̄ meus conſenſerit dꝫ verificari de primo cōſenſu. ex quo q2 non fuit ideo expirauit. Vnde ſicut copula carnalis q̄ de ſui natura hꝫ purificare cōditionē. nō purificat quādo inuenit extinctū vinculū. vtputa q2 ſupuenit affinitas poſt mr̄imoniuꝫ conditionaliter contractū ante conditionis euentum. Aut q2 conditio expirauit ⁊ non fuit ipleta. ſic ⁊ in ꝓpoſito. ⁊ hoc tene poſtq̄ꝫ aliā accepit. lꝫ do. Car. in. d. c. ſuper eo. dicat tenere matrimo/ 2

nū ſi taliter contrahentes ꝑſeuerabant in pri
mo propoſito.

3 ¶ Sȝ q̇d ſi p̄fatus pr̄ nec ꝯſentit nec diſſentit
expſſe. R. credo ꝙ non erit matrimoniū. ꝑ. l. q̄
heredi. §. j. ⁊ ꝑ. l. meuius. ff. de cōdi. ⁊ demon.
vbi pꝫ ꝙ ꝯditio dȝ impleri ī forma ſpecifica.
q̄ requirit̄ ꝙ expſſe cōſentiat. Hoſ. tñ. ⁊ ſequit̄
Car. in. d. c. ſuꝑ eo. dicūt ꝙ tenet mr̄imoniū ⁊
ꝙ ſit ſpāle in mr̄imonium. Et hec opi. tenēda
vbi ad ſecūda vota non ē deuentū. al's primū
verius ē. de iure iudicio meo.

4 ¶ Vtrū mr̄imoniū cōtractū ſub cōditione cū
ſint affines. ſi dn̄s papa voluerit diſpēſare. te
neat adueniēte cōditione. R. Pa. ⁊ Inno. in
d. c. ſuꝑ eo. videtur tenere ꝙ nō. ꝓ q̇bus facit
l. inť ſtipulantē. §. ſacrā. ff. de ꝟbo. ob. ⁊. l. con
tinuus. §. cū q̇s. eo. tit. facit. l. apud Julianū.
ff. de le. j. Sȝ in ꝯtrū ꝙ teneat ē. d. An. ⁊ q̄dam
alij in. d. c. ſuꝑ eo. ⁊ ē verior ꝑ. l. ſi rem meā. ff.
de ver. ob. Vbi poſſum ſtipulari rē meaȝ in tē
pus ꝯditiōis. qñ mea nō erit. lȝ nūc cū ſit mea
nō poſſim. Facit ſilr̄. l. iij. in ćtra. l. pe. ff. de ope.
pub. Vbi valet mandatū p̄uati de ope publi
co faciendo p̄ncipe annuente. qđ tñ alias non
valeret. Nec ob. d. §. ſacrā. ⁊. §. cū q̇s ſub cōdi
tione. qꝛ ibi viciū erat in re q̄ nō erat in ꝯmer
tio. nec p̄t eē ſed nō ſic ē in caſu nr̄o. qꝛ ſublato
impedimēto ꝓhibitōnis ꝑ diſpēſationē nihil
obſtat. Faciūt no. i. c. i cauſ. in fi. de elect. ⁊ in
c. niſi cū p̄dē. i fi. de renū. Itē nec. l. apud iu
lia. p̄dicta. qꝛ dȝ intelligi vel ꝑ eē ꝯditionē fore
impoſſibileȝ q̄ p̄ēdet ex volūtate p̄ncipis ī his
q̄ p̄nceps nō ſolet ꝯcedere. vt ibi pꝫ. qꝛ ibi loq̄
tur de p̄dijs ī p̄rimonio Ceſaris redactis. que
Ceſar nō ſolet alienare nō in ſolitis cōcedi di
ſpenſatiue. vt ē tex. in. l. intercedit. ff. de cōdi.
⁊ de. Et ideo hāc p̄tē tene. añq̄ trāſeat ad ſe
cūda vota. ꝓ qua facit qđ no. bar. in. d. l. ſi rem
meā. ſȝ poſtq̄ trāſiuit poſſes tenere primā.

5 ¶ Vtrū teneat cōditio ſi donaueris mihi cen
tū accipio te in vxorē. R. ꝙ nō. tex. ē in. l. ſi ita
ſtipulatus fuero. §. ſi tibi nupſero. ff. de verb.
ob. Q. d. limita qñ talis ſtipulatio fit nō cā do
tis. vel qñ nō ſubeſt iuſta cā petendi illud. al's
ſic. Vnde dicit ibi bar. ꝙ ſi nobilis ꝯheret cū
plebea. non eſſet inhoneſtū. ſi in recōpenſatio
nem nobilitatis aliquid exigeretur.

6 ¶ Sed pone ꝙ. B. ꝯtraxit cū. A. ſub p̄fata cō
ditione. ⁊ añ cōditionis euentū cōtraxit cum
C. ſub eadem cōditione demū. A. ⁊. C. eodem
tp̄e dat centū. qđ iſtoꝝ erit mr̄imoniū. R. n̄. ꝙ
neutrū rōne incertitudinis. Facit. l. ſi ita fue
rit. in p̄n. ff. de re. du. ⁊. l. duo ſunt ticij. ff. de te
ſta. tute. Item qꝛ cōtractus conditionalis ſu
ſcipit robur ab implemento. l. cedere diē. ff. de
ver. ſig. ⁊ ideo ꝑinde eſt ac ſi cū duobus cōtra
heret ſimul eodē tp̄e. Nec ob. l. potior. §. vide
am⁹. ff. q̄ po. ī pig. ha. l. nec emptio. in p̄n. ff. de
ꝯhen. emp. Vbi implemētū cōditionis trahit̄
ad diē ꝯtus celebrati. vt ꝑinde habeat̄ ac ſi a
p̄ncipio fuiſſet cōtractus purus. vt ſic p̄mū vi
deatur valere. qꝛ p̄dicta iura intelliguntur qñ
nō eſt in poteſtate gerentis ſcđm tollere. qꝛ ſi
eſſet in poteſtate eius tollere vt in caſu noſtro
bene tolleretur. vt in. d. l. potior. in princi. Nec
ſcđm pōt primo preiudicare. qꝛ nō eſt maius
vinculū q̄ primuȝ. Et hoc teneas qꝛ cōis opi.
eſt. niſi conditio impleta fuiſſet citius ab aliq̄
coꝝ. qꝛ illud eſſet matrimoniū.

¶ Vtrū contrahens cū aliqua cū conditione. 7
ſi te inuenero virginē teneat. R. ſm Car. in. d.
c. per tuas. ꝙ ſi iſta conditio intelligat̄. ſi te in
uenero ꝑ aſpectū matronaꝝ ⁊ hmōi. Sic tenet
cōditio. Si ꝟo referat̄ ſi te inuenero ꝟginem.
ſ. ꝑ copulā. ⁊ ſic reicit̄ tāq̄ turpis. ⁊ tenet mr̄i
moniū. lȝ nō ſit virgo. Et ſic intellige gl. in. d.
c. ꝑ tuas. ⁊ cōiter doc. q̇ eam ſequūtur.

¶ Quid ſi dicat ſi ꝑmiſeris me coire tecū ac 8
cipiam te in cōiugē. vel dabo tibi centuȝ. R. n̄.
ꝙ nō erit matrimoniū ꝑ copulam. qꝛ pōt ſe libe
rare dando centum.

¶ Quid ſi dicat ꝯtraham tecū ſi ꝑmiſeris co
itū aut ꝑmitto tibi ꝙ ſi vxorem accipiā te acci 6
piam ſi ꝑmiſeris me coire tecum. R. ꝙ ꝓ mr̄i
monio ē iudicandū in p̄ma copula. lȝ nō añ co
pulā. qꝛ ſm Inno. lȝ iſta cōditio ſit inhoneſta
tñ ſuſpendit ꝯtū. ſȝ purificat̄ in p̄ma copula.
Alij dicūt ꝙ ſi itelligat̄ de copula mr̄imonia
li. ſic ē honeſta ⁊ ſuſpēdit ſi de alia fornicaria.
ſic dȝ hr̄i ꝓ nō adiecta vt no. in. c. duobus. de
ſpon. duo. ⁊ ſic erit matrimoniū etiā añ copu
lam. ⁊ videt̄ verius.

¶ Conditio q̄ ē de p̄terito vel de p̄nti aliquo 10
nō ꝓprie conditio ē. vt in. l. inſtitutio talis. ff.
de cōdi. inſti. vitiat tñ ſi nō fuit.

¶ Alie cōditōes ſunt turpes. ⁊ inhoneſte. ⁊ ſi 11
ſunt ꝯ ſubſtantialia mr̄imonij. vt ꝯ inſeꝑabili
tatē. aut ꝯ bonū fidei. vel ꝯ bonū ꝓlis. eo mō
q̄ de ſubſtātia ſunt. de q̇bus qñ ſunt ſubſtātia
les dixi. s. mr̄imoniū. ij. §. xxiij. ſic viciāt. ⁊ nō
viciātur. vt pꝫ in. c. fi. de cōdi. appo. facit. c. de
trahe. j. q. j. ⁊. l. cū hijs. §. ſi p̄tor. ff. de tranſac.
qꝛ remota p̄te ſubſtātiali nō p̄t ꝯſiſtere aliq̇d.
Si ꝟo n̄ ſunt ꝯ ſubſtātialia mr̄imonij ſic vitiā
tur. ⁊ non viciant. ⁊ ſic ꝑinde ē ac ſi fuiſſet con
tractū ſine cōditione. vt no. in. d. c. fi. Ex h̄ pꝫ

C

ſolutio multaꝝ q̄onū. Dn̄ ꝯhens donec aliam meliorē inueniat nihil facit. Itē ſi venena ſterilitatiſ ꝓcurabis. Itē ſi nō fugabis mihi fidē aliā volo poſſe accipe ⁊ hmōi q2 nihil fit. Als ſecus vtputa. ſi te adulterādā ꝓſtitues. lꝫ canoniſte teneāt cōiter ꝙ non ſit mr̄imoniū. Cu tn̄ dic ꝙ ē mr̄imoniū ⁊ conditio reijcit̄ q2 nō ē ꝯ eēntialia mr̄imonij. vt. s. dixi.

12 ¶ Alie conditiones ſunt impoſſibiles. vt ſi celū digito tetigeris ⁊ hmōi. ⁊ tales reiciuntur fauore mr̄imonij ⁊ hn̄tur ꝓ nō poſite. vt in. d. c. fi. lꝫ in alijs ꝯctibus a mr̄imonio vicient contractū. vt in. d. c. fi. ⁊. §. impoſſibilis. inſtit. de here. inſti.

13 ¶ In ſumma no. ꝙ ad hoc vt conditio q̄libet ſuſpēdat mr̄imoniū vt nō ſit an̄ ei⁹ euētū oporter ꝙ. vij. cōcurrāt. Primū ꝙ ſit appoſita ī pncipio ꝯctus mr̄imonij. Nā ſi mr̄imoniū eēt ꝯctū pure ꝑmo. ⁊ poſtea poneret̄ ꝯditio n̄ poſſꝫ eū ſuſpēdere nec reſcindere. c. dixit. xxxij. q. j. facit qđ no. d. An. ⁊ Pa. in. c. j. de ꝯdi. appo. Secundū reqrit̄ ꝙ in ꝯditione vterq3 ꝯſentiat expſſe. Dn̄ lꝫ vnus ponat ꝯditionē ſi alter expſſe in eā nō ꝯſentit etiā ſi taceat mr̄imoniū erit purū. vt in. c. fi. de ꝯdi. appo. Et q̄uis cōditio eēt ꝯ ſubſtātialia mr̄imonij. nihilominus mr̄imoniū teneret. vt ibidē no. facit. c. aliqn̄. xxxij. q. ij. ſaltē quo ad eccleſiā. Terciū ꝙ ꝯditio nō ſit neceſſario futura. de quo tn̄ dic. vt. s. in ꝑn. aut ꝙ nō ſit turpis aut impoſſibilis. q2 ſic hꝫ ꝓ nō adiecta. excepta illa que ē ꝯ ſubſtātialia mr̄imonij. Quartū ꝙ nō interueniat ꝯſenſus de pn̄ti abſolutus poſt ꝯditōnē ⁊ an̄ ei⁹ euētū Quintū ꝙ nō īterueniat carnal' copla an̄ euētū cōditionis. q2 ſic ſtatim erit mr̄imoniū ſi fuerat ꝯctū ꝑ ꝟba de pn̄ti ſub illa ꝯditōe. etiā ſi ꝓceſſerat ꝯditōiſ defect⁹. dūmō alt̄ erat igrās puta. q2 ꝯxit ſi pr̄i placeret. ⁊ pr̄ ꝯdicit tn̄ alt̄ igrat h̄. ⁊ cōſentit in copulā mr̄imoniū erit. vt no. d. An. in. c. ꝑ tuas. de cōdi. appo. adducit ī ſimili. no. in. c. ex pte decani. de reſcrip. et ſimiliter. Ro. ibidē. qđ tn̄ credo veꝝ quo ad foꝝ cōtentioſum. ⁊ etiā in foro cōſcie. ſi ābo mr̄imonialiter intēdebāt copulari. al's nō. vt. s. mr̄imoniū. ij. §. vj. Sextū ꝙ ſit ꝓprie conditio non modus. tꝫ tn̄ Pe. de pal. in. iiij. ꝙ idē ſit dicēdū de mō ſicut de cōditione. ⁊ ſm eandē diſtinctionē. excepto ꝙ qn̄ mōd⁹ ē poſſibilis ⁊ honeſtus nō ſuſpēdit obligatōeꝫ. ſicut facit ꝯditō. tn̄ tenet̄ implere niſi ei⁹ fauore ſit appoſit⁹. q2 tūc nō tenet̄. ſi ſolū ei⁹ fauorē reſpicit. Cōditō ꝟo appoſita ꝑ modū cāe. ſiue cā ſit ꝟa ſiue falſa. ſm Pe. ꝑdictū hꝫ ꝓ nō adiecta ī mr̄imonio

niſi eſſet necīria. puta. ꝯho tecū q2 es libera. q2 ſi eēt ſerua nō valeret. Idē qn̄ dicit ꝯho tecū. q2 es Iohānes filius ticij. ⁊ hmōi. q2 ſi eēt error cōditionis vel pſone. ⁊ ſic viciaret mr̄imoniū. Septimū ꝙ cōditio nō ſit de ꝓterito vel ꝓſenti. ſed de futuro. vt. s. §. x.

Impedimentum. quartum dicitur error Nam quicquid impedit cauſam de ſui natura impedit et effectum. Conſenſus autem vt s. dictū ē. ē cā mr̄imonij. ⁊ ideo qđ euacuat cōſenſuꝫ euacuat mr̄imoniū. Cōſenſus ꝟo ē act⁹ volūtatiſ q̄ ꝓſuppoīt actū intellect⁹. q2 vt dicit Aug. v. de tri. Inuiſa diligere poſſumus ī cognita nequaq̄. Et q2 error īpedit cognitionē iō ⁊ cōſenſum q̄ ſeq̄tur ex cognitione. ꝓpterea dr̄ q̄ errat. nō cōſentit. l. ſi ꝑ errorē. ff. de iuriſ. om. iu. Dn̄. in. l. cū teſtamētū. C. de iur. ⁊ fac. igno. dicit̄ cū errātis voluntas nulla ſit. ⁊ in. l. nō iccirco ibidē cū errantis cōſenſus null⁹ ſit facit. xxix. q. ij. §. his ita rn̄detur.

¶ Vtrū mr̄imoniū dolo cōtractuꝫ teneat. R. glo. in. c. cū dilectus. qđ me. cā. ꝙ ſic. lꝫ dol⁹ dederit cām ꝯctui. ⁊ idē in glo. l. a diuo pio. ff. de ri. nup. ⁊ in. c. cōſtituit. xx. q. iij. Limitat Pa. in. d. c. cū dilectus. ⁊ bn̄ veꝝ. niſi ſit talis dol⁹ q̄ excludat ꝯſenſuꝫ. q2 ſic nō teneret. Facit qđ no. Io. an. in. c. vnico. de como. ⁊ facit. c. cū locū. de ſpon. qđ bn̄ nota q2 facit ad multa. vt ī votis. iuramētis. ⁊ hmōi ſpūalibus. q2 cōiter tenet̄. ꝙ tenēt. vt in dictis glo. 1

¶ Vtꝝ oīs error impediat mr̄imoniū. Rn̄. ꝙ nō. ſed ſolū ille error qui ē contra ſubſtātialia mr̄imonij. Duo aūt includit mr̄imoniū eſſentialit̄. ſ. duas pſonas q̄ cōiūgūtur. ⁊ mutuam corpis ptātem inuicē. Primū tollit̄ ꝑ errorē pſone. Secūdū ꝑ errorē ꝯditionis ſeruilis. q2 ſeruus non poteſt libere libertatē ſui corpis alteri tradere ſine cōſenſu dn̄i ſui. Et iō hij duo errores ſolū impediūt matrimoniū. Alij autē errores etiam ſi ſint ad bene eſſe mr̄imonij nō impediūt. vtputa credebat ꝙ pater eēt contētus. vel ꝙ eēt diues. vel nobilis. vel pulcra. et hmōi. cū iſta ſint accidentalia mr̄imonio. non impediūt. d. §. his ita rn̄detur. 2

¶ Circa primū errorē. ſ. pſone eſt notandū. ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄s erret ī pſona oportet ꝙ pviſuꝫ vel famā. vl' auditū hēat noticiā aliquā pſone cū q̄ ꝯhere intēdit. q2 vt dixi in penitus icognituꝫ nec cōſenſuꝫ nec amorē poſſumus dirigere ar. l. cū ab eo. §. maſſam. ff. de ꝯhen. emp. vnde credēs abſēntem ſibi aliq̄liter notū pn̄tem ⁊ cōſentit nō ī pn̄tē q̄ ē ali⁹. ſꝫ in abſentē ꝯſentit errat ī pſonā. q2 errare ē aliū ꝓ alio accipe. xxij. 3

q.ij.in q̄bus.xxxviij.diſt.q̄uis. Sȝ ſi nullā de abſēte hȝ cognitōnē nō errat ſed decipit in pn̄te.de q̄ ponit exemplū de eo q̄ dicit ſe filiū magni regis in genere.vel p̄mogenitū magni comitis.⁊ hmōi.⁊ ſic ē error fortune nō pſone q̄ nō impedit.vt dictū ē.xxix.q.j.§.error. Idez cū aliq̄ ſcit aliquez hr̄e filios multos. nullū tñ eoꝝ cogſcit.ſi aliq̄s eoꝝ dicat ſe p̄mogenitum ⁊ illa ꝯſentiat ī eū ꝓpter ſpem ſucceſſionis bonoꝝ p̄noꝝ erit error fortune ⁊ nō īpedit.ſicut no. Hugo.xxix.q.j.in pn̄. Walde.tñ.in.c.ij. de ꝯiugio ſeruoꝝ.⁊ Jo.xxix.q.j.in ſum.⁊ Ho.in ſumma tenēt ꝙ in iſto vltimo caſu ē error pſone ⁊ nō ē mr̄imoniū.⁊ credo ſit verius.niſi forte intēdiſſet ꝯſentire abſolute in pn̄tem quem tñ putabat aliuȝ.ſed ſi conſenſus ferebatur in eū nō vt in pn̄tem ſed in p̄mogenitū erit verū.ꝙ nō erit mr̄imoniū.

4 ¶ Circa ſecundū errorē.ſ.conditionis ſeruilis ē ſciendū.ꝙ triplex ē cōditio ſtatus.ſ.melior cū quis ꝯbit cū libera quā credit ſeruaȝ ⁊ ecōuerſo. Secūdus eq̄lis cū.ſ.ſuus ꝯbit cū ancilla quā credit liberam. Tercius deterior.vt cū liber cōtrahit cū ācilla quā credit liberā vł ecōuerſo. Primus error ñ impedit mr̄imoniū q̄ nō ledit in aliquo ſic ꝯhens. Nec ſecundus ſimiliter q̄ eq̄ ledit vterqȝ. vñ in neutro errore decipit. nec hȝ ꝙ obijciat alteri .ar.xxix. q.ij.ꝑ totū.⁊ de diuor.c.ſignificaſti. Tercius vero error impedit mr̄imoniū .xxix.q.ij.ſi q̄s ingenuus. Rō ē q̄ alt̄ tm̄ ledit ſine culpa ⁊ grauit.q̄ ī bono ꝓlis quā nō hēbit ī ſua ptāte. ⁊ ī bono fidei.q̄ non poterit ei reddere debitū libere.⁊ ī bono ſacr̄i.ſ.in inſeꝑabilitate cohabitationis. Sȝ potiſſima rō q̄re iſte terci9 error īpedit mr̄imoniū ē eccl̄e ꝯſtitutio. Alij aūt duo errores nō impediūt ſm cōem opi.tam docto. theo.in.iiij.di.xxxvj.q̄ cano. lȝ q̄dam ꝯriū teneāt.vt Hoſ.⁊ Ho.in ſum.ſed nō cureſ de eis Sed cōem opi.teneas quā ſequitur Inno.de ꝯiugio ſeruoꝝ.in.c.ꝓpoſuit.

5 ¶ Vtꝝ ſcienter ꝯhens liber cū ancilla vł ecōtrario teneat mr̄imoniū. R.ꝙ ſic.tex.ē.xxix.q.ij.ſi quis liber. ⁊ ſic liber tenet̄ ſeq̄ ancillā.ſm Pa.in.c.j.de cōiugio.ſeruo.

6 ¶ Vtꝝ liber ꝯhens ignorāter cū ſerua cui in tp̄s data ē libertas teneat mr̄imonium. R.ꝙ nō. vt dicit lex. ſtatu liber. in pn̄.ff. de ſtatu li. ea q̄ iterim faciat. vt ſeruus facit.nō vt liber.

7 ¶ Quid ſi dñs tradit alicui libero ſuā ācillaȝ vt liberā ī mr̄imonio quā tñ ꝯhens igrat. ancillā:teneat mr̄imoniū. R.ꝙ ſic. q̄ ſtatim efficit libera.vt in aut.de nuptijs.§.ſi.ꝟo ab initio.⁊ hoc tenet glo.in.c.ꝓpoſuit.⁊ Pa.de coniugio ſeruoꝝ.⁊ Goffre.

¶ Vtꝝ ꝯhens liber cū ācilla ignorāter.⁊ poſtea hoc cognoſcens ꝯmiſcet̄ eidez ꝑ copulam teneat mr̄imoniū. R. ſm gl.in.d.c.ꝓpoſuit. ꝙ hn̄s cōſciam ex ꝓbabili cā et diſcreta ꝙ alter ē ſeruus.ſi cogſcat eā.ꝑiudicat ſibi.⁊ erit mr̄imoniū.⁊ ſic intellige.xxij.q.iiij.innocēs.ff.de pe.he.l.itē veniūt.§.anq̄ ptes. Si aūt ex leui ⁊ temeraria cā cui nō dȝ credi.tūc nō ꝑiudicat ſibi titubās ꝓ ignorāte hn̄dus ē.ff.de condi.inde.l.vl.ff.de libe.ho.exhi.l.iij.§.ſi q̄s volentem. Nō.n.cuilibet referēti credere tenet̄.tex.ē.ff.ꝙ cū fal.tuto.l.ij.ibi ⁊ ſi dictum ſit ei ⁊ bona fide nō crediderit. Aduerte hic ꝙ ſi ſeruus ꝯbit cū libera q̄ cū ſeruū ignorat peccat mortalit̄ cōmiſcēdo ei.ex q̄ ſcit mr̄imoniū nullū eē ſecus ſi ignoraret mr̄imoniū nō tenere. ⁊ idez dic de quocūqȝ qui ſcit certitudinaliter ꝙ mr̄imoniū nō teneret ex q̄cūqȝ impedimento. Q̄n ꝟo habet ſciam vel conſciam.i.firmā credulitatem de impedimēto q̄uis clare nō ſciat ſimiliter peccat mortaliter cogſcendo. ſiue talis cōſcia ꝓcedat ex probabili cā vel temeraria.niſi eā deponat. Q̄n ꝟo hȝ ſcrupulū ꝯſcie.i.q̄ dubius ē.tūc ſi ex leui vel temeraria cā dȝ deponere ⁊ ſic petere ⁊ reddere pt ſine pctō. Si ꝟo dubiū ē ex ꝓbabili cā pōt reddere ſed nō petere dȝ.alit̄ exponeret ſe piculo ⁊ peccaret mortalit̄.ſed reddēdo nō. q̄ in dubio obediendū ē.⁊ excuſat̄.xxiij.q.j.q̄d culpat̄. 8

¶ Vtrū talis hn̄s ꝓbabilez cām credēdi ꝑiudicet ſibi ſi ad mandatū eccleſie reddat debitū R.ſm Tancre.Inno.⁊ Jo.an.⁊ Pa.ī.d.c.ꝓpoſuit.ꝙ ſic.quia niſi velit cū ea eſſe tanq̄ cum vxore ꝓpria non debet in hoc obedire.⁊ ē verior opi.lȝ Ho.⁊ glo.in.d.c.ꝓpoſuit.teneat ꝙ debet obedire niſi ſit certus. ſed iſtud nō teneas quia non debet contra conſcientiam formatam venire.ar.de reſti.ſpolia.c.litteras. ſȝ in prebendo alimenta ⁊ hmōi. bene debet obedire niſi ſit certus. 9

¶ Vtrū liber cōtrahēs cū ancilla ignoranter quā poſtmodū dñs eius facit liberā teneatur ſtare cū ea. R.ꝙ nō.quia matrimoniū nullum fuit.⁊ ſemꝑ ei ꝯmiſcuit ex p̄mo conſenſu q̄ nullus fuit.ar.C.ad velleia.l.q̄uis.ſm Goffre.⁊ Jo.xxix.q.ij.ſi quis ingenuus.⁊ Ber.ī.c.vlt.de cōiu.ſeruo.quidam tñ tenent ꝙ ſit mr̄imoniū ſi poſt manumiſſionem illa cognouit eū cōtrahere intendens. quia impedimēto ſublato ꝑ hoc nihil impedit ⁊ verius credo. 10

¶ Vtrū liber ꝯhens cū aſcriptitia.aut origi 11

naria ignorãter teneat matrimonium. R. ſm
H ugo. xxix. q. ij. in pncipio. q ſic. q2 edictũ de
matrimonio ẽ ꝓhibitoꝝ. et contrahere tales
pñt. C. de agri. ce. ⁊ colo. l. vl. ideo tenet.

12 ¶ Quid de libero cõtrahente cum filia ſerue.
vbi de conſuetudine patrie ẽ q partus ſequa-
tur prẽm. vt in. c. lz. de cõiu. ſeruo. R ñ. q ſi cõ
ſuetudo ſit pſcripta. lz mater eius ſit ſerua. q
verũ erit matrimoniũ. vt in. d. c. licet. dũmodo
pater ſit liber.

13 ¶ Sz pone q liber qui cõtraxit cũ ſerua igno
ranter. poſtmodũ ſciens ſeruam nihilominus
vult mrĩmoniũ eſſe. ſed illa nõ vult. nũqd erit
R ñ. q non. ſed veꝝ ẽ q cõpelleretur ab eccle
ſia. niſi trãſiſſet ad ſecũda vota.

14 ¶ Utrũ liber poſſit ꝓpria auctẽ ancillã quam
ignorãter acceperat vxorẽ dimittere. cõperto
q ſit ſerua. R. q q ad thoꝝ certũ ẽ q ſic. q ꝟo
ad cohabitationẽ tenet R i. in. iiij. di. xxxvj. q
nõ. ſi cõtraxit in faciẽ eccĩe. aut corã teſtibus.
ſecus ſi clandeſtine. ſed Hoſ. ⁊ multi alij ſunt
contrarie opinionis. quando ſeruitus ẽ noto-
ria. ſicut ⁊ in adulterio. de quo habes. j. matri
moniũ. iiij. in pnci. ⁊. §. j. Sed ego dico q opi.
Ricar. ẽ vera quo ad cohabitationẽ. vt pꝫ in
c. porro. de diuoꝛ. ſed quo ad redditionem vel
petitionẽ debiti eſt vera ſecũda opi. ⁊ ſm hãc
diſtinctionẽ intellige ⁊ limita. d. c. porro.

15 ¶ Quid ſi ſeruus ꝯhit mrĩmoniũ cũ ãcilla vl
cũ libera q ſcit eũ ſeruũ. R ñ. q lz de iure ciuili
mrĩmoniũ nõ teneat. vt in. l. cũ ancillis. C. de
inceſ. ⁊ inuti. nuptii. tñ de iure canonico tꝫ. cui
ſtandũ eſt in hac materia ſpũali. vt in. c. pe. ⁊
vlti. de ſecũ. nup. ⁊ no. bar. i. l. priuilegia. C.
de ſa. ſan. ec. ⁊ ẽ glo. in. c. ij. de re. iur. li. vj. vñ
nota q aut talis ſeruus vel ancilla ꝯtraxit cũ
voĩutate dñi ſui. ⁊ tũc magis tenet ad redden
dũ debitũ vxori q ad ſeruitiũ dñi. q2 ex q con
ſenſit ad matrimoniũ videt conſenſiſſe ad ac-
ceſſoria. c. prudentiã. de of. del. ⁊. l. ad legatũ.
ff. de ꝓcura. nec põt eũ dñs taliter diſtrahere
q ĩpediat reddere debitũ loco ⁊ tpe debito.
Alit ſm Gco. i. iiij. di. xxxvj. q. j. peccaret mor
taliter dñs. Et idẽ dic ſi ſunt diuerſoꝝ dñoꝝ
ſi ãbo ꝯſenſerũt. Et ſic intellige ⁊ limita Lan
cre. ⁊ alios q videtur velle q nõ pt eos vẽdere
ſ. taliter q redditio debiti impediat. aut con-
traxerũt dño ꝯdicente. aut ignorãte. ⁊ ſic lz te
neat mrĩmoniũ tñ magis tenet dño q petẽti
debitũ. vt no. d. An. Car. ⁊ Pa. ⁊ cõiter doc.
i. c. j. de cõiu. ſer. ⁊ poterit eos vẽdere ad libitũ
Verũ tamẽ vt dicit Gco. vbi. s. de bono ⁊ eq
debet in eoꝝ vẽditione attẽdere q ſibi poſſint

reddere debitũ. immo dico q de neceſſitate te
netur. ſi cũ equali conditione vtili ſibi hoc po
teſt facere. alr̃s non ⁊ ſic intelligit. Gco.

¶ Utrũ liber qui cõtraxit matrimoniũ ſe ven 16
dens in ſeruũ. aut qualitercũq ſi efficiat ſer-
uus diſſoluat mrĩmoniũ. R ñ. q nec valet ven
ditio qua ſe vendidit q2 nõ habet poteſtatem
ſui corpis. xxxiij. q. v. qd deo. niſi vxoꝛ ad hoc
cõſentiat. Hoc limitat. ſ. Ho. in. iiij. di. xxxvj.
verũ q̃tũ ad eã ſeruitutẽ qua impediret quo
ad redditionẽ debiti. ſecus in alia ſeruitute q
non impedit. Aduerte tñ q lz erroꝛ impediat
mrĩmoniũ non tñ obligat ad culpã ꝯhentes q
errãt. nec etiã ſcient ꝯhentes cũ ſeruis ſolum-
mõ peccat ⁊ credo mortaliter ſeruus vel ãcil-
la q ſcient ꝯhit cũ libera. ignorãte eũ ſeruũ vl
ancillã. q2 vĩ eis quãtũ in ipo ẽ dolũ ⁊ in re no
tabili inferre et multomagis peccãt mortalit
ſi cõmiſcẽtur cũ eis lz nõ peccẽt ipi liberi ex-
iſtentes in bona fide.

¶ Impedimentum. v. dicitur votũ. ſ. caſti-
tatis. Vñ nota q cĩſſe votũ caſtitatis emiſſũ
obligat ad id quod eſt contra vnũ quod eſt de
eſſentia matrimonij. vt. s. patuit ⁊ ideo ipſũ
matrimoniũ impedit. ⁊ ſi ſit tale votũ ſolenne.
taliter impedit q nõ tenet matrimonium poſt
cõtractũ ſꝫ ẽ nullũ. Si ꝟo nõ ſit ſolenne ſed ſo
lũ ſimplex impedit quidẽ. ſed tñ poſt cõtractũ
tenet. vt no. in. c. ruſus. c. cõſuluit. ⁊. c. inſinuã
te. qui cle. vel vouẽ. xxix. cã ꝑ totũ. nec cures de
opinione Hugo. quã dicit Ber. in. d. c. rurſus.
tutioꝛem. q2 nõ eſt veꝝ. q2 licet vtrũq votũ eq
liter obliget quo ad deũ. tñ eccleſia noluit ſta
tuere vt mrĩmoniũ poſt contractũ non teneat.
niſi ſolũ de contracto poſt votũ ſolenne vt pa
tet ꝑ. c. vnicũ. de voto. li. vj. ⁊ eſt cõis opi. tam
canoniſtaꝝ. xxvij. q. j. ⁊ q cle. vel vouẽ. q theo.
in. iiij. di. xxxviij. Quid aũt ſit votũ ſimplex vl
ſolenne. vide. j. votũ. j. §. viij.

¶ Utrũ contrahens poſt votũ ſimplex peccet 1
mortaliter. R ñ. ſm Baſp. Cal. in. d. c. rurſus.
q aut quando cõtrahit habet animũ ꝯſummã
di mrĩmoniũ. ⁊ ſic peccat mortaliter quia fa-
cit ꝯtra votũ. xxvij. q. j. in multis. c. Aut nõ ha
buit animũ ꝯſummãdi ſed religionem intrãdi
ante ꝯſummationem. ⁊ ſic non peccauit mor-
taliter cõtrahendo. q2 in nullo facit ꝯtra votũ
⁊ ſic concoꝛ. opi. ꝯtrarias.

¶ Sed pone q hñs votum ſimplex caſtitatis 2
cõtrahat. nũquid poterit cõſummare ſine pec
cato mortali. R. q ſi ꝯtraxit aĩo ñ ꝯſummã
di ſꝫ itrãdi religionẽ. ſꝫ poſtq ꝯtrit mutat ꝓpo
ſitũ ⁊ alt exigit debitũ q reddendo non pec-

cat mortaliter. q̄ȝ ad hoc tenet̃ nec mutãdo ꝓ-
poſitũ peccat mortalit̃. q̄ȝ nõ erat illud ꝓpoſi-
tũ firmatũ ſub voto. ⁊ ſic poterit eſſe ꝙ poſt vo
tũ ſimplex caſtitatiȝ q̄s ꝯ̃bat mr̃imoniũ ⁊ con
ſummat ſine pctõ mortali. ſec⁹ ſi feciſſet votuȝ
religionis. q̄ȝ lȝ poſſit ꝯ̃bere ſine mortali cũ ꝓ-
poſito nõ ꝯſummãdi. nõ tñ poterit ꝯſummare
ſine mortali pctõ. q̄ȝ añ ꝯſummatõnẽ p̃t illud
implere. ſȝ nõ ſic in p̃fato caſu q̄ȝ ĩ religione ta
lis nõ tenet̃ intrare ⁊ nõ intrãs tenet̃ reddere
exactus. nec ob. c. ꝟginitatiȝ. xxvij. diſ. q̄ȝ ĩtelli-
git̃ de ꝯiũgẽte ſe carnali aĩo poſt votũ. Aduer
te hic. ⁊ in. §. p̄cedẽti. ꝙ ſi talis ꝯ̃bendo cũ in-
tentione ĩtrãdi religionẽ. ſi videret ꝙ illa cũ
q̄ ꝯ̃bit notabiliter ledet̃. puta q̄ȝ cũ maiori dif
ficultate inueniet aliũ virũ nõ ſcredo euaderet
mortale. niſi ĩtẽderet ei ſatiſfacere ⁊ omnino
teneretur ei ſatiſfacere de damno.

3 ¶ Vtrũ talis q̄ ꝯ̃xit poſt votũ ſimplex caſtita
tis poſſit ſimilit̃ exigere ſine mortali peccato.
R. gl. in. c. agatoſa. xxvij. q. ij. ⁊ in. c. q̄dem. ⁊ ĩ
c. placet. de ꝯuer. ꝯiu. tȝ ꝙ nõ. ſȝ gl. ĩ. c. ſi q̄s vo
tũ. xxvij. q. j. recitat q̄ſdã tenere ꝙ ſolũ p̄ma vi
ce peccat mortalit̃. ſȝ ñ poſtea. q̄ȝ ꝑ mr̃imoniũ
ſeq̄ns votũ extinguit̃. vt no. ibidem in. c. de vi
duis. ⁊ ſeq̄tur Ho. in. d. c. rurſus. ⁊ cõiter doc.
Et hanc opi. dicit Mar. in. d. c. rurſus veriorẽ
de iure. Sȝ Io. an. ⁊ cõiter ſeq̄ntes in. d. c. rur
ſus. dicũt p̄mã opi. tutiorem quã theo. in. iiij.
di. xxviij. cõiter ſequũtur. poſſet tñ p̄dicta di
uerſitas reduci ad concordiã. videlȝ vt p̄ma
opi. hẽat locuȝ qñ q̄s ſi nõ peteret redderet ſe
nimis oneroſuȝ alteri p̄ti. marie ſi ille q̄ fec̃ vo
tũ ſit vir. q̄ȝ ſic petẽdo ꝓꝑt iſtũ reſpectũ ñ pec-
caret. ⁊ ſecũda opi. loq̄t̃ ⁊ intelligat̃ qñ q̄s ſo-
lũ petit ad ſatiſfaciendũ ſuo appetitui. vt ſic ñ
poſſit petere ſine pctõ mortali. Si q̄s tñ vellet
ſimplr̃ tenere ꝙ poſt ꝯſummatũ mr̃imoniũ nõ
peccet exigẽdo et̃ ad ſatiſfaciendũ ſibi. noli eũ
ꝯdẽnare de mortali. q̄ȝ de iure ñ vr̃ min⁹ vera
ꝙ̄ ſecũda. lȝ ſit tuti⁹ nõ exigere ſi p̄t. ꝙ ſi nõ p̄t
abſtinere ab exigẽdo petat diſpẽſationem ab
ep̄o vt poſſit exigere. ⁊ ꝙ ep̄s ex cã poſſit diſpẽ
ſare in h̃ caſu tenent cõiter moderniores in. d.
c. rurſus. ⁊ cã legitima diſpẽſandi ẽ tale p̄icu-
lũ. q̄ȝ difficile ẽ vt in medijs vndis q̄s ſiti labo
ret. Nam ⁊ ep̄s diſpenſat ꝓpter periculũ forni
cationis vt poſt votũ ſimplex caſtitatis q̄s ꝯ̃-
bat. vt in. c. veniens. qui cle. vel vo. Item cuȝ
inceſtuoſo vt nota. glo. in ſum. xxxiij. q. ij. §. de
penitentibus. ḡ ⁊ in iſto caſu.

4 ¶ Vtrũ ſup̄dictus mortua vxore poſſit aliaȝ
accip̄e. R. ſm Hugo. ⁊ Archi. xxx. q. j. de eo. ⁊
xxxiij. q. ij. antiq̄. ꝙ nõ. q̄ȝ votũ nõ erat ablatũ
ſed executio voti. de ꝯuer. coniug. c. q̄dam. Et
idem dicit Archid. de vxore q̄ ad p̄ceptũ viri
fregit vota abſtinẽtie. ⁊ hmõi. ſed tu dic. vt. ĵ.
votum. j. §. xiij.

¶ Sed pone ꝙ ambo q̄ fecerãt votũ caſtitatiȝ 5
ſimplex contrahant ſimul. nũq̄d tenet mr̃imo
niũ. Rñ. Io. xxvij. q. j. de viduis. tenet ꝙ non
Alij ꝟo dicũt ꝙ immo tenet ſȝ neuter poterit
exigere. ⁊ hoc ẽ verius. Pa. ꝟo dicit in. c. tua
nos. de iureiurã. ꝙ ſi ſuſpitio ẽ de incõtinẽtia
ꝙ ep̄us ex officio reintegrabit vt vterq̄ȝ poſſit
exigere. vt no. gl. ĩ. c. noſce. xxx. q. j. ⁊ in. c. quod
deo p̄ri. xxxiij. q. v. ſȝ ſi ſine diſpẽſatione cõiũ-
gent̃. tenet Anno. ĩ. d. c. dudũ. de ꝯuer. cõiug.
ꝙ ꝓles nõ erit legitima. q̄ȝ nõ ẽ amplius ma-
trimoniũ quo ad exercitiũ carnis. Ideȝ tenet
glo. lxxxj. di. c. miniſtri. Idẽ dic ſi poſt ꝯ̃ctum
ambo fecerũt votũ caſtitatis. vt no. Pa. in. c.
cariſſimus. de cõuer. cõiuga.

¶ Quid de illo q̄ poſt votum ſimplex iurauit
alicui de eã accipiẽñ. R. agat p̄niam de iura- 6
mẽto q̄ȝ nõ valet. c. rurſus. q̄ cler. vel vo. Sic
nõ tȝ votũ ſimplex poſt iuramentũ p̄ſtitũ de ꝯ̃-
bendo ſm Ho. ⁊ Hoſ. niſi ſit de religione ĩtrã
da. q̄ȝ p̄t intrare religionẽ. c. ꝯmiſſum. de ſpõ.

¶ Vtrũ hñs votũ caſtitatis querẽs an tene- 7
at matrimoniũ ſi ꝯ̃bat ſit ei reſpondendũ. R.
q̄dã dicũt ꝙ nõ. q̄ȝ ſi dicat ꝙ ſic. dabit ei cãm
peccãdi. ſi dixerit ꝙ nõ mentietur. Alij aũt di
cũt ꝙ poteſt reſpõdere ꝙ tenebit. q̄ȝ ⁊ papa h̃
facit. Ego ꝟo credo ꝙ põt rñdere ꝙ tenebit.
dũmõ taliter grauet factũ ꝙ nõ ſit imputãdũ
rñdẽti. ſed ei q̄ ex bono malũ accipit. ſi poſtea
ꝯ̃bat. maxime quãdo videt ꝙ votũ non ſeruat
q̄ȝ nõ video quõ nõ poſſim dicere facere volẽ-
ti omnino maius maluȝ ꝙ potius illo dimiſſo
faciat minus. xiij. di. nerui. cũ ſimilibus.

¶ Impedimentum ſextum dr̃ conſanguini
tas que ẽ vinculũ ꝑſonaꝝ ab eodẽ ſtipite aſcẽ-
dentiũ vel deſcendentiũ carnali propagatõne
contractũ ſm Hoſtiẽ. in ſum. eo. ti. Hec cõſan
guinitas habet tres lineas ſm cõiter doc. vna
aſcendentiũ altera deſcendentiũ. tercia colla
teraliũ. In prima quiſq̄ȝ trahit originem ſicut
p̄r. ⁊ auus proauus. attauus. ⁊c̃. ⁊ ideȝ dic de
mr̃e. auia ⁊c̃. In ſecũda ꝑpetuat̃ meõria ⁊ ge
nus. vt eſt fili⁹. nepos. ꝓnepos. abnepos. ⁊ ſic
ſi Rr. filia neptis ⁊c̃. tercia r̃ſpicit illos. q̄ nec ipſi
a nobis. nec nos ab ipſis traxim⁹ originẽ. tñ ab
eodẽ ſanguĩe ſunt ꝓpagati vt duo frẽs ⁊ eoꝝ fi
lij q̄ patrueles dicũt̃. ⁊ filij p̄ratoꝝ ⁊ idẽ ĩ feĩs.
hec ꝓbãtur. xxxv. q. iiij. c. i. ⁊ ꝑ totũ. ff. de gra.

l.ſ.⁊.l.iur.ꝯſultꝰ. Habet eē hec ꝯſanguinitas
gradū q̄ deſcribit̄ ſic. Gradus ē habitudo di-
ſtātiū ꝑſonaꝝ. q̄ cog̃ ſ. it q̄ta generatōis diſtā-
tia due ꝑſone diſtāt inter ſe. ⁊ colligit̄ in.c.lit-
teris. ⁊.c.q̄d dilectio. de de cōſan. ⁊ affi. Pro
cuius intelligentia no. iiij. regulas. Prima ꝙ
aliter cōputat̄ gradus collateraliū in linea de
iure canonico. alit̄ de iure ciuili. Nā duo frēs
ſiue frat̄ ⁊ ſoror faciūt vnū gradū de iure cano
nico. ſꝫ de iure ciuili faciūt duos. ⁊ idō ī mr̄imo
nio attēdimꝰ ad ius canonicū. Rō huiꝰ diuer
ſitatis reddit̄.xxxv.q.v.in.c. ad ſedē. ⁊ ibi vi-
de. Scd̄a regula ꝙ ꝑſona addita ꝑſone ꝑ car-
nis ꝓpagationē in linea aſcendētiū addit gra
dū dēpto ſtipite q̄ idō demit̄. q꞉ filiꝰ ē de ſangui
ne pr̄is ⁊ mr̄is vn̄ nō ſit deſcēſus ꝑ duos gra-
dus. ſꝫ tm̄ ꝑ vnū de pr̄e ad filiū. vel econuerſo.
Rō q꞉ ſicut vnꝰ nō ē nūerus. ſꝫ ꝑncipiū nūeri.
ſic hic. Item ſi q̄s vult facere vnā feneſtrā re
q̄rūt̄ neceſſ̄io due colūne. ſꝫ ſi aliaꝫ vult addere
ſufficit vna ſola. ſic ī ꝓpoſito. Tercia regula ē
ꝙ in linea trāſuerſali toto gradu ꝑſone deſcē-
dētes a ſtipite diſtāt int̄ ſe q̄to diſtāt a ſtipite.
vn̄ nepos ex vno filio. ⁊ pronepos ex altero fi
lio diſtāt a ſe in ſcd̄o gradu ex vna ꝑte. ⁊ ī ter-
cio gradu ex altera pte. Quarta regula eſt ꝙ
qn̄ ꝑſone diſtāt ineq̄lit̄ a ſtipite debꝫ ꝯputari
ſm gradū magis remotū a ſtipite. vt q̄ntū ille
remotior diſtat a ſtipite tm̄ intelligāt̄ int̄ ſe di
ſtare vt ī.c.vl. de cōſan. ⁊ affi. Et ſi cōſuetudo
eēt in pr̄ia ꝙ ꝯputatio incipet a ꝓpinquiori. illa
eēt ſeruāda ꝓpter ſcādalum. vt in.c. q̄d dile
ctio. de ꝯſan. ⁊ affi. Quō credo veꝝ in ꝯhendo.
ſed in ꝯcto tene vt dixi ꝙ a remotiori dꝫ fieri.
niſi ſm q̄.j. dicā in impedimento.xviij.
1 ¶ Sꝫ q̄ro vſqꝫ ad quē gradū ꝯſanguinitatis
impedit̄ mr̄imoniū. R. ꝙ de dictamīe leg̃ na
ture īpedit̄ mr̄imoniū filij cū mr̄e ⁊ filie cū pa
tre. Gen̄.ij. relinquet hō pr̄em ⁊ mr̄em ⁊ adhe
rebit vxori. ſꝫ mag̃ ē ꝯ ius naturale q̄ filiꝰ ha-
beat mr̄em in tali turpitudine vt ſubiectā ⁊ ꝓ
pterea phūs. viij. de aīalibus narrat de came-
lo q̄ cū cooperuiſſet mr̄em poſt cog̃ſcens īterfe
cit ingeniatorē. Silr̄ de eq̄ q̄ cū ꝯcubuiſſet cuꝫ
mr̄e coop̄ta. diſcop̄tam cog̃ſcens ꝓiecit ſe de
alto ⁊ interfecit ſe. Ex dictamīe legis diuīe ꝓ
hibentur mr̄imonialit̄ copulari cōſanguinei ī
ꝑmo gradu ⁊ ſcd̄o in linea ineq̄li cōſanguini-
tatis ⁊ affinitatis vt pꝫ Leui.xviij. Ex ſtatu
to leg̃ eccl̄iaſtice ꝓhibet̄ mr̄imoniū vſqꝫ ad q̄r
tū gradū īcluſiue.c. nō dꝫ. de ꝯſan. ⁊ affi. Nec
ex Rica.in.iiij.di.xl. Vn̄ ꝯhentes infra tales
gradus nulla longinquitate ānoꝝ defendunt̄
quin ſint inceſtuoſi. d.c. nō debet. Quidā hāc
ꝓhibitionē vſqꝫ ad quartū gradū dicūt veꝝ
in collateralibus. ſed in deſcendētibus tenēt
ꝙ ē ꝑpetua ꝓhibitio. Rō q꞉ maior reuerētia
debet̄ parentibus remotis q̄ꝫ ꝓpinquis ⁊ huiꝰ
opinionis ē Ri. vbi.s. Pe. Hu. Ho. ⁊ Azo. in
l. nemini. C. de nup. Sꝫ ego credo cū Goffr. ꝙ
nō ſit ꝓhibitio etiā in talibus niſi vſqꝫ ad q̄r-
tū gradū. q꞉ cū. d.c. nō dꝫ. loquatur īdiſtincte
de ꝯſanguinitate nec nos diſtinguere debemꝰ
¶ Quid ſi duo ꝯhant ſimul quoꝝ vnus diſtat
a ſtipite quinto gradu vel ſexto. alter primo vl̄ 2
ſecūdo. R n̄. ꝙ mr̄imoniū tenet. ⁊ q̄uis Hoſ.
dicat veꝝ ſi alter ſit in ſecūdo vel tercio. ſed n̄
ſi ſit in ꝑmo. q꞉ vna caro cenſet̄ cū ſtipite. tm̄ h
nō teneo. nec alius doctor hoc tenet. ⁊ ideo te-
ne ꝙ tenet mr̄imoniū. vt etiaꝫ tenet Dire. Ex
quo cōclude ꝙ impetrās diſpenſationē a pa-
pa vt poſſit ꝯhere in tercio vel quarto gradu
ꝯſanguinitatis. q̄uis ex alio latere ꝑſona cuꝫ
q̄ vult ꝯhere ſit in ſecundo, nihilominus valet
diſpenſatio ſm Pa. in.c. q̄d dilectio. de ꝯſan.
⁊ affi. q꞉ q̄uis diſpenſatio cōtra ius ſit ſtricte
interp̄tanda. tn̄ interp̄tari pōt ſm diſpoſitio-
nem iuris cōis. q̄d vult vt ꝯputatio fiat a gra
du remotiori. ⁊ ſic nō erit ſubreptīcia talis im
petratio. q̄uis non ſit expreſſum ꝙ ex alia pte
erāt in ſecūdo gradu coniūcti. A fortiori pote
rit cū talibꝰ diſpēſare ille cui generaliter con-
ceſſa ē auctās diſpēſandi in tercio vel quarto
gradu. vt pꝫ.s. Diſpenſatio. §.ix. Et ſic cōſu-
luit Jo. Cal. vt recitat. d. Jo. Ant. de ſancto
georgio. in. d.c. quod dilectio.
¶ Impedimentum ſeptimum dr̄ cognatio
ſpūalis q̄ q̄dem ē quedā proximitas perſona-
rum proueniens ex ſacramenti datione vel ad
illud tentione. Nam ſicut homo ꝑ carnalē co
gnationē accipit eſſe nature. ita in regenerati
one accipit eſſe grē. ⁊ de hoc habetur.xxx.q.j.
oēs. de cognatione ſpūali.c.vl. Vn̄ ſi talis
cognatio precedit matrimoniū non ſolū impe
dit. ſed dirimit poſt cōtractū.xxx.q.j.c.j. ⁊ de
cogna. ſpi.c. veniens. Si vero ſequitur non di
rimit. ſed impedit quo ad exactōnē debiti car
nalis ſi ſine neceſſitate cōtrahit̄. vt.xxx.q.j. ad
limina. ⁊ ſcienter non per errorem.c. ſi vir. de
cogna. ſpiritu. al's non ſm theo. in.iiij. diſ.xlij.
Ber. ꝯpo ⁊ Rodo. in. d.c. ſi viri. videtur innue
re ꝙ ſcienter ſine neceſſitate cōtrahens ipſam
cognationem ſpiritualem poteſt etiā exigere.
quia nullo iure inuenitur prohibitum. hoc idē
tenet Car. ibidem. ſed tutius eſt petere diſpē-
ſationē ſm Pa. in. d.c. ſi vir. ⁊ Hoſ. quia ſlo.

xxx.q.j.in.c.noſce.⁊ Io.an.⁊.do.Anto.in.d.
c.ſi vir.tenēt q̄ nō poteſt exigere. ⁊ cū ipſis te-
net.ſ.tho.in.iiij.di.xlij.⁊ poteſt epūs diſpēſa-
re vt exigat ſm Pe.de pal. exactus tamē red
dere tenetur.

¶ Ex quibus ſacramentis contrahitur cogna
1 tio ſpūalis. R. q̄ ex tribus ſolū.ſ.ex baptiſmo
ↄfirmatōne.⁊ cathecíſmo.vt no.in.iiij. ſentē.
di.iiij.⁊ habet̄ in.c.q̄uis.de cogna.ſpir.li.vj.
Attamē cognatio q̄ cōtrahitur in cathecíſmo
lȝ impediat cōtrahendū.non tn̄ dirimit cōtra
ctū. de cogna.ſpi.c.cōtracto.⁊.xxx.q.j.ſi qs fi
liaſtrā.⁊ ē clar̄ p̄.c. p̄ cathecíſmū. de cog.ſpi.
li.vj. Et qd ſit cathecíſm⁹. vide.s.cathecíſm⁹

¶ Qualiter cōputātur gradus in cognatōne
2 ſpūali. R. Pa.in Rubr.eo.ti.q̄ nō habet gra
dus ſed habet tres ſpecies. Prima dr̄ paterni
tas q̄ ē inter regeneratū ⁊ regenerantē ſiue re
generās miniſtret ſacrm̄ ſiue teneat ad ſacrm̄.
etiā ſi tenētes ſint plures. vt in.c.q̄uis.eo.ti.
li.vj. Secūda eſt cōpaternitas q̄ eſt inter rege
nerantem miniſtrātem vel tenentem.ſeu tenen
tes ad ſacramentuȝ et genitores regenerati ⁊
miniſtrās vel tenentes ſi ſunt ↄiugati ⁊ ↄſum
mauerūt mr̄imoniū trāſmittūt hāc cōpaterni
tatem etiā ad vxorē ſiue vir.ita q̄ vxor cogni
ta vel vir efficit̄ cōpater genitor̄ leuati ab alte
ro eorum.eo.ti. Martinus.⁊.li.vj.eo.ti.c.nec
dū.⁊.xxx.q.iiij.ſi quis.ſecus ſi vxor nō eſſet co
gnita.xxx.q.iiij.poſt vxoris. Ideo ſucceſſiue
qs poteſt habere duas comatres vxores. Ter
cia ſpecies dr̄ fraternitas q̄ contrahit̄ inter re
generatū ⁊ filios regenerantȝ miniſtrātis vel
tenentis ad ſacramentum.xxx.q.iij.pitatiū.⁊
eo.ti.ex lr̄is.ſiue ſint nati ante hāc cōpaterni-
tatem ſiue poſt.eo.ti.c.tua nos. Filij vo ↄiuo-
rū neutro ad cōpaternitatem eſt deuentū pn̄t
inter ſe libere cōtrahere niſi ↄſuetudo ↄtrariū
hēret q̄ ſcandalū generaret.ↄtractū tn̄ teneret.
vt cōmunius teneat̄.in.c.virū.eo.tit. niſi eſſet
conſuetudo de qua.j.dicā q̄ dirimit. Impedi
mento.xvij.

¶ Utrū filius vxoris ex altero viro ſit frater
3 ſpūalis filij ſpūalis mariti dicte vxoris prius
cognite anq̄ teneret vir eius dictū filiū. R. ñ.
Hemi.in.c.j.de cog.ſpi.li.vj. Dicit q̄.d. An.
tenet q̄ nō.q2 non reperitur expreſſum.ipe vo
Hemi.vr̄ tenere ↄtrariū qd̄ tenendū ē ante fa
ctum.ſed poſt tene opi.primā p̄ rōnem de qua
in ſeq̄nti.§.

4 ¶ Utrū pater ſpūalis licite poſſit cōtrahere
cū ſorore carnali filij ſpūalis. R. q̄ ſic.⁊ etiaȝ
cum eius filia ⁊ etiam cum filia ſpūali filij ſui
carnalis. quia licet cognatio ſpūalis a pr̄e i fi
lium tranſeat nō tamē ecōuerſo. Unde nō ha-
bet ramos ⁊ cū edictū de mr̄imonio ſit prohi-
bitoriū.de ſpon.c.cuȝ apud.xx.q.iij.§.ſi quis.
⁊.c.ſe. Ideo nō egredietur ꝑſonas expreſſas
que in ſumma ſunt.x.in baptiſmo. ⁊ ſimilit̄ di
cas.x.in confirmatatione.vt ptȝ in.c.iij.eo.ti.
li.vj.⁊ p̄ totū titulū decretaliū.eo.ti.⁊ ſunt cō
binate. Prime ſunt inter baptizatū ⁊ leuantē
Secūde inter leuantē ⁊ parentes leuati. Ter-
cie inter baptizatum ⁊ filios leuantis. Quar-
te inter leuantem ⁊ vxorē prius cognitaȝ leuā
tis. Quinte inter vxorē prius cognitam leuā-
tis ⁊ parentes leuati.

¶ Sed nūquid extendet̄ ad filios illegitimos 5
leuantis ad filiū leuatum. R. Pa.in.c.marti-
nus.eo.ti.q̄ ſic.ſm cōiter doc.ter.ē.c. fi.eo.ti.
xxx.q.iij.in ſumma etiam ad ſpurios.

¶ Nunquid etiā ad filios adoptiuos. Rñ.q̄ 6
nō qd̄ tenet glo.in.§.aūt.xxx.q.iij.

¶ An extendat̄ ad fornicarie cognitā ſicut ad 7
vxorem cognitam. R.ſm Archi.⁊ Jo.an.in
c.j.eo.li.vj.q̄ non.⁊ dicit Pa.in.d.c. Marti-
nus.q̄ eſt cōmunis opi.⁊ ideo eam tene quam
tenet etiam Ricar.in.iiij.di.xlij. nec cures de
opinione contraria.

¶ Queritur an vir ⁊ vxor in matrimonio cō- 8
ſummato cōicent ſibi paſſiones ſpūales ſi
cut actiones. Reſpō. Pa.in.d.c. Martinus.
q̄ non.vnde ſi filius ex altero cōceptus ſi tenea-
tur ad baptiſmū non efficitur leuans ipm̄.niſi
ſolum compater illius cuius ē filius non alte-
rius.q̄uis in matrimonio ſit ei cōiūctus. xxx.
q.iij.ſi quis ex vno.⁊ glo.in.c.j.eo.ti.li.vj.

¶ Utrū vir ⁊ mulier qui ſimul leuauerūt vnū 9
filium poſſint ſimul contrahere. Rñ. ſm Jn-
no.q̄ ſic.⁊ facit tex.cum glo.xxx.q.iiij.c.fi. Et
ſic patet q̄ vir ⁊ vxor ſimul vnum leuare pn̄t
lȝ nō ſit honeſtū.

¶ Utrū non baptizatus leuans vel baptizās 10
aliquem contrahat hāc cognatōnem. Reſpō.
ſm Ricar.vbi.s.⁊ Tho.⁊ Pe. q̄ non.q2 om-
niū cognationū ſpūaliū que per ſacramentum
contrahūtur ⁊ omniū ſacramentorū baptiſm⁹
eſt fundamentum.vt in.c.j.de preſbi.non bap.
Glo.tamē in.c.in baptiſmate de cōſe.diſ.iiij.
tenet q̄ lȝ ſuſcipiens non efficiatur cōpater ſit
tamē baptizans q̄uis non ſit baptizatus. Et
placet mihi. q2 cū nō poſſit dici quin ſit pater
illius quem baptizauit.ergo erit cōpater.ſec⁹
in ſuſcipiēte q2 ex quo nō pōt eē pr̄ ſuſcepti.p̄
d.c.in baptiſmate.ergo nō erit cōpater. Sec⁹
in cognatōe ſpūali paſſiua.ſm glo.in.c.j.xxx.

q.j. qꝛ ſi q̄s tʒ filiū nō baptizati vel tenēs filiū
alicuiꝰ baptizati efficit̄ ꝯpater p̄ris filij leuati
⁊ alterius ꝯiugis illius xp̄iani. lʒ nō ſit bapti
zata. concoꝛ. Alber. Item dic ꝙ baptizatus
lʒ nō cōfirmatus tenēs in cōfirmatōe nō ꝯ̄hit
ꝯpaternitatem. vt. s. Confirmatio. §. xj.

ii ¶ Utrū nō tangēs ſed ſimulans ſe tangere ⁊
rn̄dens cū alijs patrinis efficiatur compater.
R. n̄. ꝙ nō niſi tangat. vel tenendo dū baptiza
tur. vel leuando de ſacro fonte. vel tenendo ad
confirmationē. hoc ſeq̄tur Jo. an. in regula q̄
ꝑ aliū. de re. iur. li. vj. facit. c. de hijs. ⁊. c. ad li
mina. xxx. q. j. ⁊ Archi. in. c. j. co. ti. li. vj. allegat
c. j. ⁊. c. omnes. xxx. q. j.

i2 ¶ Quid ſi teneat ⁊ nō rn̄det ꝓ hoc intendens
non effici cōpater. R. n̄. ſm Rodo. ꝙ nihilomi
nus efficit̄. qꝛ reſpōſio nō eſt de ſubſtantia. ſed
tactus ſeu tentio vel leuatio. Et q̄uis aliq̄ te
neāt ꝙ neceſſario requirūtur verba. alij ꝙ ſal
tem ſigna ꝓ verbis. vt recitat. Gemi. in. c. ne
dum. co. ti. li. vj. tu tamē tene ꝙ tactus ⁊ leua
tio ſunt ſatis ſigna equipollentia ꝓ verbis.

i3 ¶ Quid ſi non tangit puerum ſed linteū ſolū
in quo puer eſt inuolutus. R. n̄. Archi. ī. c. q̄uis
de cogna. ſpir. li. vj. ꝙ nihilominus ꝯtrahitur
cōpaternitas ſm Hugo. Idē tenet Jo. an. ⁊
no. Archidi. xxx. q. iiij. c. fi. ⁊ ſatis videt̄ facere
tex. in. d. c. q̄uis in verbo acceſſerit. Pe. de pa.
videt̄ tenere ꝙ requiratur tactus.

¶ Utrū iſta ꝯpaternitas poſſit contrahi per
i4 ꝓcuratoꝛē. Marſilius. ⁊ Car. vt recitat Pa. ī
c. veniens. eo. tit. tenēt ꝙ ſic. Jo. an. ⁊ Archi.
vbi. s. tenent ꝙ nō. Sed mihi placet opi. Pa.
vt añ ꝯtractū mr̄imoniū teneat̄ ꝙ ibi ē cogna
tio ſpūalis poſt ꝯ̄ctū tenēda ē alia opi. s. ꝙ nō
ꝯ̄hatur. Et idē dic in vniuerſitate an poſſit cō
trahere ſimiliter hāc cognationē ꝑ ꝓcuratoꝛē
ꝙ ante factū ſic vt ſinguli de vniuerſitate ſint
cōpatres. qꝛ diſpoſitio cōcepta in vniuerſita
te reſoluit̄ vt concernat ſingulos de ip̄a ſi actꝰ
nō cadit in vniuerſitate vt res nō pereat. facit
tex. ī. c. ſi ſn̄ia. d. ſen. ex. li. vj. ⁊ gl. ī. c. romana. ī
§. in vniuerſitatē. de ſen. ex. li. vj. ſʒ poſt factuʒ
tene cū Fede. cōſi. xv. ꝙ nō pōt ꝯ̄hi. qꝛ non ha
bet aīam ⁊ nō ē baptizata.

i5 ¶ Sed nūquid ꝓcurator erit ip̄e cōpater ī ca
ſu quo nō poſſit cōtrahi ꝑ ꝓcuratoꝛē. R. Jo.
an. vbi. s. tenet ꝙ ſic. qꝛ lʒ non intenderet ob
ligari. tn̄ qꝛ re interuenit. ⁊ iō etiaʒ ex̄ qd̄ agit̄
naſcit̄ obligatio. vt. l. ſi is q̄. in. fi. ff. como. Sʒ
ꝯ̄riū tʒ Fede. ꝯſi. xv. ⁊ eā veriorē credit Pa. ī
d. c. veniēs. facit qd̄ no. Pe. de anch. q̄ dicit ꝙ
tenēs filiū alteriꝰ quē credebat filiū vniꝰ cū q̄
intendebat cōpr̄nitatē ꝯ̄here non ꝯ̄hit cōpr̄ni
tatē cū nō ſit filius illius. Et ideo dic añ ꝯ̄ctū
vex̄ qd̄ dicit Jo. an. ⁊ poſt cōtractū verā opi
nionem Fede.

¶ Utrū baptizās vel ꝯfirmās efficiat̄ cōpater i6
R. olim fuit dubiū. hodie clax̄. in. c. j. eo. ti. li.
vj. Unū q̄cūq; baptizat. ſiue in neceſſitate ſiue
habeat volūtatem ꝯ̄hendi cōpr̄nitatem ſiue nō.
dūmō baptizet efficit̄ cōpr̄. ſiue ſit maſculꝰ vel
femina. Nec ob. l. ꝯſenſu. ⁊. l. in oībꝰ negotijs.
ff. de ac. ⁊ ob. qꝛ hn̄t veritatē q̄n nihil volūta
rie fit ſed hic lʒ nollit eē cōpr̄. tn̄ vult baptiza
re vel tenere ⁊ iō ꝯ̄hitur. facit. d. l. ſi is q̄. in fi.
qꝛ q̄ vult ꝑncipale neceſſario vult ⁊ acceſſoꝛiū
Nec ob. qd̄ dictū ē de ꝓcuratore ſm opi. Fed.
qꝛ ꝓcuratoꝛ nō tenet nomīe ſuo ideo nō valet
nec ꝑncipale nec acceſſoꝛiū.

¶ Utrū ſpūales filij poſſint int̄ ſe cōtrahere. i7
R. n̄. ꝙ ſic ⁊ etiaʒ cū adoptiuis. vt no. in. c. vni
co. de cog. le.

¶ Utrū pater poſſit tenere filiū illius q̄ tenu i8
it ſuū. R. n̄. Pa. in. c. ſup. eo. ti. ꝙ ſic. quia nō ē
prohibitum.

¶ Utrū q̄s poſſit diſpēſare vt ſint plures q̄ te i9
neāt ad bapm̄ vel ꝯfirmationē. R. ꝙ ſic ſm do
minicū de. ſ. geoꝛgio. in. d. c. q̄uis.

¶ Sʒ nūq̄d peccēt plures tenentes. puta duo 02
vel tres ſine ep̄i diſpēſatōne. R. ſi ſm moꝛem
patrie cōiter tenēt vident̄ excuſari a pctō ſm
Jo. an. ⁊. Archi. in. d. q̄uis.

¶ Sʒ q̄d de baptizato in domo ꝓ neceſſitateʒ 2i
vel alio reſpectu. ⁊ poſtea in eccleſia ſolēniter
R. Lancre. tʒ vt recitat gl. lxviij. di. §. qd̄ xp̄o.
ꝙ ſi q̄s miles baptizaret̄. miles ſuſcipit ſacr̄m
aliter nō fieret iniuria ſacr̄o de ꝯſe. diſ. iiij. oſtē
dit̄. hoc idē vr̄ tenere glo. in. c. ij. de apoſta. Sʒ
tu tene cū glo. in. d. §. qd̄ xp̄o ꝙ nō ē vex̄. qꝛ nō
imp̄mitur nouus caracter. Et ſic tenēdo ꝯclu
de ꝙ ſolū cōpaternitas ꝯ̄hetur ꝑ illos qui te
nuerūt ī domo ⁊ nō ꝑ alios q̄ tenuerūt ī ecc̄ia
niſi forte illa q̄ ꝯ̄hitur ꝑ cathecīſmū ſi ī domo
nō fuit cathetizatus. ſʒ hec vt dixi nō dirimit
mr̄imoniū poſt cōtractū.

¶ Impedimentum viij. dr̄ cognatō legalis
q̄ ē ꝓpinq̄tas ꝑſonax̄ ex adoptione ꝓueniens.

¶ Quot ſunt eius ſp̄ēs. R. n̄ tres. Una eſt q̄ſi
deſcendētiū. q̄ ē int̄ adoptantē ⁊ filiā adopta
tā. vt in. c. vnico. de cog. le. Secūda ſp̄ēs ē q̄ſi
collateraliū q̄ ē int̄ liberos naturales adoptā
tis q̄ ſunt ī eiꝰ p̄tāte. ⁊ adoptatū. l. q̄ ī adoptō
nem. ff. de adop. Item int̄ duos filios. filioꝝ
adoptiuox̄ ſm glo. in. d. c. vnico. inſti. de nup.
§. ſp̄es. aūt. Tercia ſp̄ēs ē q̄ſi affinitas q̄ ē iter

adoptatū ⁊ vxorē adoptātis ⁊ ecōuerſo inter vxorē adoptati ⁊ adoptantē. ſ; nō inter prēm adoptantē ⁊ mrēm adoptati. ſm Tho. ⁊ Pe.

2 ¶ Utrꝫ hec cognatō legalis impediat mr̄imoniū ꝯhendū ⁊ dirimat ꝯtctū. R̄n̄. ſm Hugo. ⁊ Ri. in. iiij. di. xlij. Jo. de lig. ⁊ gl. ⁊ Pa. in. c. vnico. de cogna. le. ꝙ ſic. quia dicit adoptione durante nuptie nō pn̄t int̄ eos ꝯſiſtere. ad idē in. c. j. ⁊ in. c. ꝑ adoptōnem. xxx. q iiij. Jo. an. ⁊ Spe. tenēt ꝙ nō dirimat. ſ; ipediat. Aduerte tn̄ ꝙ in ꝑma ſpēs ⁊ tercia ſꝑ impediūt. ſed ſecūda nō. niſi ad tps. i. q̄diu ſunt in eiuſdē patris ptāte. ſed ea ſoluta vel morte vel emancipatione filij adoptiui vl̄ naturalis vl̄ alio mō quo adoptio habet ſolui nō preſtat impedimētū. h̄ ptꝫ inſti. de nup. §. j. ij. ⁊. iij. ⁊ eo. tit. c. vnico. ⁊. xxx. q. iij. ita diligere debet homo.

3 ¶ Utrū cognatio legalis trāſeat ad nepotē. i. filiū filij adoptiui. R. ꝙ ſic. nec tn̄ hec cognatio habet gradus. q₂ in eodē gradu attinet pr̄i filio ⁊ nepoti.

4 ¶ Utrꝫ filius q̄ nō trāſit in ptātem pr̄is adoptantis poſſit ꝯhere cū filia naturali adoptātis q̄ ē in eius ptāte. vel econuerſo. R. Hugo. xxx. q. iij. in ꝑn. Ho. ⁊ Jnno. tenēt ꝙ ſic. ſ; ſm Pa. in. d. c. vnico. ⁊ gl. in. d. §. qđ aūt. ⁊ cōiter doc. tenēt ꝙ l; nō trāſeāt in ptāte adoptātis. tn̄ impedit̄ ne ꝯhere poſſit cū naturali. quia ꝑ adoptionē acq̄rūtur q̄dā iura q̄ ꝑ emancipationē diſſoluuntur. l. pe. C. de adop. ⁊ ius canonicū indiſticte tenet. ⁊ loq̄tur de adoptato nō de arrogato. Jdeo idē ius. ⁊ ſic pꝫ ꝙ etiam filius illegitimus q̄ nō ē in ptāte pr̄is nō poteſt cōtrahere cū filia adoptiua pr̄is.

5 ¶ Utrū filius naturalis arrogātis poſſint cōtrahere cū filia filie adoptiue. R. ꝙ ſic q₂ cū mulier neminē habeat ī ſua ptāte eius filia nō pt̄ trāſire in ptātem arrogatoris mr̄is. ⁊ ideo nulla cognatio ineſt int̄ eos. ff. de adop. l. ſi pr̄. Secus eſſet in filia filij arrogati q̄ in ei⁹ ptāte erat qn̄ fuit arrogatus q₂ contrahere nō poſſꝫ cū ea. ſm Hoſtiē.

6 ¶ Utrꝫ filij adoptiui poſſint ꝯhere int̄ ſe. R. ꝙ ſic. ſic no. Hug. xxx. q. iij. ita diligere. ſ; Hoſt. non admittit in arrogatis q̄diu ſunt in ptāte adoptantis. ſed in adoptiuis ſic.

¶ Jmpedimentum ix. dr̄ criminis nā q̄dam ſunt crimina q̄ impediūt mr̄imoniū contrahēdū de rigore iuris ſed nō dirimūt cōtractum. Et ſex no. in glo. c. qui ꝓbiteꝝ. de pe. ⁊ re. ⁊ in glo. xxx. q. ij. in. §. de penitentibus. Primus ē inceſtus de quo dic vt. s. Jnceſtus. Secundū vxoricidiū. Tercium raptus ſponſe alterius. Quartū leuatio ꝓpꝛij filij malicioſe fcā de ſacro fonte. Quintū ꝓbricidiū. Sextū acceptio monialis in vxorē. Septimū de ſolēniter penitētibus. ſ; tn̄ epūs poſſet diſpenſare rōe iuuentutis. xxx. q. ij. ātiq. Sꝫ tu dic ꝙ ſufficit lnia ꝓpꝛij ſacerdotis. imo de ꝯſuetudīe nō ſuat̄ iſte rigor vt petat̄ diſpēſatio ſm Ray. ⁊ Rod. vn̄ Jo. in. c. in adoleſcētiā. xxx. q. ij. tꝫ ꝙ iuuenis inceſtuoſus ſine diſpēſatōe pt̄ ꝯhere. ſ; nō ſenex. ⁊ tutius tn̄ ē petere diſpēſatōem quāuis etiā nō eēt ꝯdemnādus ſi nō peteret. de q̄ dic vt. s. Jnceſtus. §. iij. ⁊. iiij.

¶ Que ſunt crimina q̄ impediūt ꝯhendū ⁊ dirimūt ꝯtctū. R. ꝙ ſunt duo. ꝑmū cū q̄s viuēte vxore ꝓpꝛia ꝯtrit ꝑ vba de pn̄ti cū alia. vl̄ ecōuerſo vxor cū alio vel fidē de ꝯhendo dedit. et ad q̄libet iſtoꝝ ſecutū ſit adulteriū. vt in. c. fi. de eo q̄ duxit quā pol. ꝑ adul. xxxj. q. j. relatū. Aduerte ꝙ ad hoc qđ q̄libꝫ iſtoꝝ ſit impedimentū req̄rit̄. ꝑmo ꝙ vterꝙ ſciat ꝙ alt̄ eoꝝ hꝫ ꝯiugē. q₂ ſi cū ignorante aliq̄s ꝯheret poſſet eſſe mr̄imoniū int̄ eos poſt mortē vxoris ꝑme vt ē caſus in. c. j. eo. ti. Quod limitat Pa. ibidē ſi ſuꝑinducta fuit ignorans toto tpe vite vxoris. ⁊ dr̄ ignorās q̄diu nō habuit certitudinē vel ꝓbabilem opi. vt in. c. inq̄ſitioni. de ſen. ex. alś ſi certiorata de vita pr̄ie vxoris ꝑmitteret ſe cognoſci nō poſſet īter eos eē mr̄imoniū. d. c. fi. ⁊ ſequūtur cōiter doc. ⁊ idē dic ꝑ oīa qn̄ data fide ſeq̄tur adulteriū. q₂ parificāt̄. d. c. fi. Secūdo req̄rit̄ ꝙ ſit fides data de ea accipiēda vl̄ eā de fcō accepit in vxorē. q₂ ſi fides data nō fuiſſet de ea accipiēda in vxorē nō eēt impedimentū. Et aduerte ꝙ aliq̄ volūt. vt ponit Ri. i. iiij. di. xxxv. ꝙ ſi ſolū nude ꝓmiſit ꝙ nō erit īpedimētū. ſ; oꝫ ſit fides data vel iuramētū interpoſitū. ſ; magis credo ꝙ eēt ex nuda ꝓmiſſione oriatur iſtud īpedimētū. maxime an fcm̄. Tercio req̄rit̄ ꝙ poſt mr̄imoniū ꝯtctū vl̄ fidē datā ſeq̄tur adulteriū q₂ ſolū adulteriū ſine ꝯtctu vl̄ datōe fidei ñ īducit illud impedimētū. nec ꝯtctio ſeu datio fidei ſine adulterio vt. c. ſignificaſti. eo. ti. xxxj. q. j. c. j. Quarto req̄rit̄ ꝙ mr̄imoniū ꝑmū eēt validū. q₂ ſi ꝑma vxor nō erat legitīa nō erit impedimentū. vt in. d. c. ſignificauit. l; dederit fidē cū adultero. ⁊ ſufficit ꝙ ꝑmū mr̄imoniū ſit ꝯtctū ꝑ vba de pn̄ti. l; ñ ſit ꝯſummatū ⁊ etiā ſi eſſet ſepatū quo ad thoꝝ. vt in. c. ſignificauit. ⁊. c. ex lr̄aꝝ. eo. ti. 1

¶ Sꝫ quid ſi q̄s dedit fidē vni mulieri viuente ꝓpꝛia. ſine copula tn̄. ⁊ poſtea mortua vxore accepit terciā. Et iſta tercia viuente cognouit illā cui dederat fidem ꝑmo. R. ſm Jo. an. 2

in.c.ſi qs.eo.ti.ꝙ nõ poterit mortua tercia eã
hr̃e vxorẽ. qꝛ ꝯſtãte legitimo mr̃imonio dedit
fidẽ ⁊ cognouit nec mr̃imoniũ intermediũ hꝫ
remouere impedimentũ. Facit.c.ĩ ſcripturis.
viij.q.j.⁊.l.ſingularia.ff.ſi cer.pe. Sed Gaſp.
calderini tꝫ ꝯriũ.⁊ ſequit̃ Pa.in.d.c.ſi qs. qꝛ
ꝑ ipm vr̃ receſſiſſe a fide illi data. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs
nũc reꝑitur ſolũ adulteriũ qḋ nõ habet impe/
dire.d.c.ſignificaſti.⁊ hec tenẽda poſt factum
ſed añ illa. Jo.an.

¶ Vtꝝ ꝯhens cũ vna defacto viuẽte ei⁹ vxo/
re q̃ mortua ꝯhit cũ tercia licite poſſit ſtare cũ
ea. R. ſm gl.q̃ cõiter placet doctoribus. in.c.
j.eo.ti.ꝙ ſic ſi cũ iſta tercia mortua ꝑma vxore
ꝯxit añq̃ꝫ ꝯſentiret tacite vl̃ expꝛſſe cũ illa quã
de facto tenebat.qꝛ mr̃imoniũ nullũ erat.lꝫ eẽ
illa eẽt ĩgrans viuente prima. tñ añq̃ꝫ cũ alia
cõtrahat ꝯpellẽdus eſt cũ ea ꝯtrahere ſi igno/
rabat eã hr̃e vxorẽ.ſed ipa nõ ⁊ ſi cũ pluribus
inſcijs ꝯxerat loc⁹ erit gratificationi ſm Hoſ.

4 ¶ Pone ꝙ q̃dam ꝓmittit fidẽ berte ꝙ ſi ſibi
ꝯſentiet poſt mortẽ ſue vxoris accipiet in vxo
rem illã quã ſibi ꝯſanguinea berte ꝯſulet que
ꝯſanguinea cõſulit ꝙ accipiat bertam. R.ſm
Oſten.ꝙ ſi talis berta vel ille q̃ ꝓmiſit ꝓbabi
liter credebat ꝙ cõſuleret de berta.ſic nõ pote
rit eẽ mr̃imoniũ inter eos. qꝛ eẽt in fraudẽ. Si
tñ q̃ fidẽ dedit aut berta.hoc nõ extimabãt. ſꝫ
de alia que ipi berte eẽt grata ⁊ hmõi.ſic pote
rit eã bertã hr̃e poſt mortẽ ſue vxoris ſm conſi
liũ eius conſanguinee.

¶ Scdm crimẽ ẽ cũ quis machinat⁹ ẽ in mor/
tẽ alicuius vt poſſit in virũ vel vxorẽ alteꝝ ha
bere. Pro cui⁹ intelligẽtia. aduerte ꝑmo ꝙ ſi
adulteriũ nõ ĩteruenit oꝫ ꝙ ãbo.ſ.vxoratus ⁊
illa quã vult hr̃e in vxorẽ ſint machinati ĩ mor
tẽ alteri⁹ ⁊ ꝙ mors ſeq̃tur cũ effectu. Aliter ſi
vn⁹ ſolũ machinat⁹ fuiſſet mortẽ cũ effectu al/
terius nõ eẽt impedimentũ q̃n illuꝫ hr̃e poſſet
ꝓpter quẽ hñdum mortẽ alterius ꝓcurauit.vt
no. Jo.an.⁊ ſeq̃tur Pa.in.c.ſuꝑ hoc.eo.ti. lꝫ
hoc varie loquãtur in.c.j.de cõuer.infide. Si
ꝟo adulterium interuenit ſufficit machinatio
vnius tm̃ cũ effectu vt ſit iſtud impedimentũ.
Facit.c.ſi q̃s viuẽte.xxxj.q.j.⁊ ſic intellige.d.
c.ſuꝑ hoc. Sꝫ ſi effectus homicidij nõ interue/
nit.machinatio etiam cũ adulterio nõ inducit
iſtḋ impedimẽtuꝫ.vt no. Jo.an.in.d.c.ſuꝑ ħ.

6 ¶ Sed pone ꝙ ĩterfecit alteꝝ ſed nõ ea inten/
tione vt alteꝝ hr̃et in ꝯiugẽ ſed ob cãm aliam.
R. ꝙ ĩpedimentũ iſtud nõ erit ſm Ber.⁊ Ho.
in.d.c.ſuꝑ ħ. Idẽ dic vt.s.ꝑ oĩa ſi homicidiũ
mandauit vel̃ conſuluit ⁊ ſecutũ ẽ.

¶ Quid ſi ratuꝫ habuit. R.ꝙ ſi nõ ſit opatus 7
aliq̃d vt occideret̃ ratihabitio nõ ĩducit iſtud
impedimentũ. ſiue ſit factũ homicidiũ nomĩe
ſuo.ſiue nõ ſm glo.in.c.ſi quis viuente.xxxj.q.
j.⁊ gl.ĩ.c.j.de ꝯuer.infi. Vin.⁊ Jo.an.⁊ Pa/
in.d.c.j. quia edictũ de mr̃imonio ẽ prohibito
r.ũ.c.cum de ſpon.

¶ Quid ſi alter eoꝝ q̃ machinati ſunt ſit infi/ 8
delis. R.ꝙ nihilominus cõuerſus nõ poterit
eam habere.pro qua hñda viruꝫ eius occidit.
ar.d.c.ꝑmi.de cõuer.infide.

¶ Quid ſi habens vxorẽ cõmittit adulteriuꝫ 6
cũ berta ⁊ ſibi dicit. ſi nõ haberẽ vxorẽ accipe
rem te in vxorẽ.poſtea interfecit vxorẽ.non tñ
eo ꝓpoſito.vt bertã accipiat. R. Gaſpar.cal.
⁊ recitat.do. An.de ſctõ georgio.in.d.c.ſuper
hoc.qꝛ poterit bertã accipe in vxorẽ qꝛ nec hic
ẽ fideidatio ꝑ ꝟba ꝑmiſſa.nec homicidiũ fecit
eo ꝓpoſito.nec adulteriũ cũ dicta machinatio
ne. Sed Car.ipm reprobat. dicendo ꝙ non te
neret mr̃imoniũ cũ dicta berta.qꝛ nõ attendit̃
quãdo adulteriũ interuenit an machinatio in
teruenerit ex ꝓpoſito habẽdi eam an non. Et
iſtud tene ante factũ.ſed poſt factũ tenerẽ opi
nionem. Calde.q̃ ẽ verior de iure.

¶ Impedimentum decimũ dr̃ cult⁹ diſpa/
ritas Nã nullus fidelis ſiue baptizatus ꝑt cõ
trahere cũ nõ baptizata etiã ſi ſit cathecumĩa
nec ſimplr̃ nec ſub conditõe conuertendi ad fi
dem ⁊ ſi ꝯhit mr̃imoniũ nullũ eſt.xxviij.q.j.c.
caue.⁊.c.cũ nõ oportet.⁊ ibi no. Hugo.ſpon/
ſalia ꝟo ſub cõditione ſi cõuertat̃ bene valẽt
Vnde q̃uis nõ baptizatus crederet oĩes ar
ticulos fidei.tamẽ mr̃imoniũ contractũ cũ ta/
li a baptizato nõ tenet.vt.d.c.caue.

¶ Vtrum matrimoniũ poſſit eſſe inter infide i
les. Rñ.ꝙ ſic.vt patet in.c.gaudemus.de di/
uoꝛ.vnde ſi infideles cõuertãtur poſſunt ſtare
in mr̃imonio ꝯcto ſm ritus eoꝝ.niſi fuerit con
tractũ in gradibus diuina lege prohibitis. de
q̃bus habes.s. Impedimentuꝫ.vj. Dicit tñ
Pe.in.iiij.di.xxxix. ꝙ poſſet eẽ ꝙ eoꝝ mr̃imo
niũ non eſſet contra legem nature nec diuinã.
⁊ tamen non teneret.puta qꝛ eſſet contractum
contra eoꝝ ſtatuta ipm annullantia.qꝛ ſi nihil
ꝑñt talia ſtatuta cõtra mr̃imoniũ inquãtũ ſa/
cramentũ ẽ ꝑñt tñ in quãtũ ẽ fedus humanum
ſicut ſolũ ẽ in infidelibus ⁊ ideo ſi ꝯuerterent̃
tales oporteret ꝙ denuo contraherent. quod
nota ꝓ limitatione.d.c.gaudemus.

¶ Vtrũ mr̃imoniũ infideliũ excuſet actũ con 2
iugalem. Rñ.ſm.ſ. Ho.in.iiij.di.xxxix. ꝙ ſic.
quo ad culpã ⁊ cõſeq̃tur penam ſi affectio li/

bidinoſa nõ interueniat nõ tñ acq̃rũt palmam
q2 nulla dat̃ eis grã ꝓpter defectũ fidei.
¶ Utꝝ infidelis ꝯuertẽs ſe ad fidẽ poſſit vxo
3 re dimiſſa aliã fidelem accipe. R. Pa.i.c.q̃ꝰ
to de diuoꝛ. ꝙ eo ipõ ꝙ alt̃ ꝯiugum nõ vult co
habitare fideli cõuerſo. vel ſi vult cohabitare
nõ ſine iniuria creatoꝛis vel ſine pctõ diſſolui
tur mr̃imoniũ in infidelitate ꝯctũ ⁊ põt ꝯhere
cũ alia fideli. nec oꝫ iudex ſtatuat tp̃s. ſꝫ ſuffi
cit clare ꝑpendat ꝙ nõ vult ei cohabitare ſm
Pa. in. c. gaudemꝰ. de diuoꝛ. Si ꝯo vult coha
bitare ſine eius inductõne ad malũ vel ſine in
pctõ ſic nõ põt cũ alia ꝯhere infideli viuẽte. ſꝫ
nõ tenet̃ cohabitare cũ ea ſi nõ vult conuerti.
xxviij. q. ij. ſi infidelis. no. Ri. in. iiij. diſ. xxxix.
Si tamẽ añq̃ß aliã accipiat ꝑverba de pñti cõ
uertatur illa que prius erat obſtinata tenetur
eam accipere nec aliam poterit ducere vt not.
cõiter theo. in. iiij. di. xxxix.
¶ Quid ſi ĩfidelis hẽat plures vxores. R. ꝙ
4 illa cũ qua ꝑmo cõtraxit eius erit ⁊ ſi ſit̃ duas
accepiſſet ſic nulla erit eius vxoꝛ. niſi vna illa
rũ habuiſſet impedimentũ q̃ eã accipe non po
tuiſſet. q2 tũc alia eſſet eius vxoꝛ.
¶ Quid de vxore q̃ repudiata alteri nupſit.
5 Rñ. ꝙ vir nõ poterit ei obijcere foꝛnicatõnem
ſed tenet̃ ſi vult ei cohabitare ſine peccato eãꝫ
accipere ſi vult vxorẽ hr̃e aut ſaltem cõtinere
d. c. gaudemus. in gl.
¶ Utꝝ vir ꝯuerſus poſſit ĩtrare religionẽ vxo
6 re volẽte ei cohabitare. R. ꝙ ſic ſm Hug. i. d.
c. ſi infidelis. Si ꝯo cõuerſionis eiꝰ ſit aliqua
ſpes nõ debet intrare ſm. ſ. tho. i. iiij. di. xxxix.
ꝙ ſi nõ eſt ſpes cõuerſionis põt intrare prius
vxore req̃ſita de ꝯuerſione.
¶ Utrũ vno coniugũ ad infidelitatẽ reuerſo
7 diſſoluat̃ mr̃imoniũ ꝯctũ int̃ infideles. Rñ. ꝙ
non. c. queſiuit. de diuoꝛ. vnde Inno. in. c. q̃ꝰ
to. de diuoꝛ. dicit ꝙ ſacr̃m fidei. i. baptiſmꝰ ra
tum efficit coniugij ſacramentũ.
¶ Quid ſi fidelis ꝯhat cũ heretica vel ſciſma
8 tica. R. ꝙ tenet mr̃imoniũ ſm cõiter Theo. in
iiij. di. xxxix.
¶ Utꝝ mulier ꝯuerſa ad fidẽ gaudeat ꝑuile
9 gio dotiũ. in. l. aſſiduis. C. q̃ po in pig. ha. R.
Pa. i. c. pe. de diuoꝛ. ꝙ ſic. allegat multa.
¶ Quẽ dꝫ ſeq̃ ꝓles infidelis. R. ſi ẽ adultus
10 ſeq̃tur quẽ voluerit. ſi aũt minoꝛ cũ ſalus eius
dependeat a parẽtibus dꝫ ſeq̃ fidelẽ vt ꝓbat̃
in. c. ex litteris. de ꝯuer. infide.
¶ Impedimentum xj. dr̃ metus ſeu coactõ
nis qd̃ impedit ⁊ dirimit mr̃imoniũ ex ipõ cõ
tractũ. c. cũ locũ. de ſpõ. Sciendũ tñ ꝙ duplex
ẽ coactio. de qua in. l. j. ff. qd̃ me. cã. ſ. abſoluta
ꝑ vim. vtpura cum quis capitur. ligatur ⁊ hec
non poteſt cadere in conſenſum. ſed bene in co
pulam carnalẽ. vnde in caſu quo copula face
ret matrimoniũ ſic coacta copula nõ facit. ar.
l. di. preſbiteros. de ſpon. veniens el. ij. xxxj. q.
ij. c. j. ⁊. ij. Quedam eſt coactio conditionalis
ſ. coactio per metũ vnde ſi metus ſit iuſtus vt
ille qui poteſt cadere in conſtantem. ſ. mulierẽ
quo ad mulieres quas minoꝛ metꝰ excuſat. vt
nota. glo. vt in. d. c. cum locum vel virũ quo ad
viros. Ideo tex. in. c. conſultationi de ſpõ. ꝓ
pter hoc dicit metus qui poſſit cadere in ꝯſtã
tem. ſic mr̃imoniũ tali metu ꝯctuꝫ ipõ iure eſt
nullũ. vt tenet glo. in. c. veniens el. j. de ſpon. ⁊
cõiter doc. ſecus ſi contrahat̃ ex minoꝛi metu.
q2 ſic contractũ tenet ⁊ de hoc vide ⁊ dic vt. j.
Metus. §. vij. ⁊. viij.
¶ Quid ſi ratificet̃ ꝑ ſeq̃ntẽ ꝯſenſum tacitum 1
mr̃imoniũ metu ꝯctũ. R. ꝙ mr̃imoniũ erit ve
rũ ſi alter ꝑſeuerat in ꝑſtino cõſenſu libero q2
lꝫ ꝯſenſus tacitus ꝑ ſe non ſufficiat ad mr̃imo
niũ ꝯhendũ ſufficit tñ cũ exp̃ſſione exteriori q̃
ꝑceſſit ſm Ri. in. iiij. di. xxix. qd̃ notabis.
¶ Quid ſi mr̃imoniũ metu ꝯctũ cõfirmet̃ iu 2
ramento. R. magis ꝓbabiliter ſm Ri. in. iiij.
di. xxix. ꝙ nõ tenet. q2 qd̃ nõ ẽ nõ põt ratifica
ri. ⁊ de hoc dic vt. s. Iuramentũ. v. §. ix.
¶ Utrũ ꝑ culpã ſeq̃ntem ratificet̃. Rñ. ꝙ nõ 3
niſi ꝯſentiat in mr̃imoniũ lꝫ ꝑſumat̃ ꝯſenſiſſe
ſi nõ reclamat ſi põt ſm Pe. in. iiij. di. xxix.
¶ Quid ſi metus moꝛtis carceris. et hmõi q̃ 4
poſſunt cadere in conſtantem nõ inferat̃ perſo
ne que habet cõtrahere ſed eius filijs vel filia
bus. R. ꝙ nihilominus reddit mr̃imoniũ nul
lũ ſm Ri. vbi. s. Nam idem iudiciũ fit de me
tu qui infertur ꝑſone propꝛie cuꝫ eo qui infert̃
ꝑſone filij ⁊ vxoris ⁊ hmõi.
¶ Impedimentum xij. dr̃ oꝛdis. vñ aduer
te ꝙ ſi q̃s poſt ſuſceptõnem oꝛdinis ſacri. ſ. ſa
cerdotij diaconi aut ſubdiaconi contrahit ma
trimoniũ dirimitur. vt in. c. vnico. de voto. li.
vj. ⁊ eſt excõmunicatus ipõ facto. vt i cle. eos.
de conſan. ⁊ affi. Si ꝯo cõtrahit poſt ſuſceptõ
nem minoꝝ oꝛdinũ nõ dirimitur. ſed i officijs
non miniſtrãt ſi ſunt clerici occidentales. ⁊ be
neficia nõ aſſequũtur ⁊ ideo oꝛdo ſacer impe
dit ⁊ dirimit. non ſacer ſolũ impedit.
¶ Sꝫ q̃d ſi ſacer oꝛdo ſuꝑueniat mr̃imonio iã
ꝯtracto nũq̃d dirimit. Rñ. dic vt. j. mr̃imoniũ
iiij. §. viij. cũ ſe.
¶ Impedimentum xiij. dicitur ligaminis.
ſcꝫ cũ q̃s alteri cõiugi ẽ ligatus.

1 ¶ Utrū̄ alligatus alteri p̱ ſpōſalia poſſit cum
altera ꝯhere. vide ſpōſalia. §. xxiij.
2 ¶ Utrū̄ obligat⁹ mr̄imonialiṫ alteri poſſit cū̄
alia ꝯhere. R. ꝙ nō ꝛ is q̄ noīe ſuo nō iuſſu ei⁹
in cui⁹ ē ptāte. vł noīe ei⁹ quā hꝫ in ptāte bina
ſpōſalia ꝯxerit. vel binas nuptias ſit infamis
ipo iure. l. j. in fi. ff. de his q̄ no. iſa. ꝛ efficiṫ bi⸗
gam⁹ ſm qͦ dixi. s. Bigamia ꝛ dꝫ ieiunare p̱
xl. dies in pane ꝛ aq̄ qͦ vocāt carenā. ſ. q̄dra⸗
geſimā ſic dictā. qꝛ caret cibis. ꝛ. vij. ſequētib⁹
annis penitere. c. accepiſti. de ſpō. duoꝝ.
3 ¶ Utrū̄ ex diſpēſatōe pape poſt mr̄imoniū̄ ꝯ⸗
trū̄ poſſit q̄s alteri nubere. R. ꝙ ſi mr̄imoniū̄
nō ē ꝯſummatū̄ papa pt̄ diſpēſare. vt no. in. c.
ex publico. de ꝯuer. ꝯiu. Uñ dicit Ho. vnū̄ mi
rabile qͦ recitat Pa. in. d. c. ex publico. ꝙ pa
pa ex ꝯſenſu vtriuſqꝫ ſpōſi pt̄ ex ptāte abſolu⸗
ta diſſoluere mr̄imoniū̄ nō ꝯſummatum nulla
alia cā ſubſiſtēte. ſꝫ de ptāte ordinata nō pt̄ ſi
ne cā ꝛ cū̄ hͦ dicto Hoſt. trāſeūt cōiter doc. Si
xͦo mr̄imoniū̄ ē ꝯſummatū̄ inṫ fideles ſic pa⸗
pa n̄ pt̄ diſpēſare qꝛ cū̄ mr̄imoniū̄ ꝯſummatuꝫ
ꝯſiſtat in facto nō pt̄ hꝫri p̱ infecto. xxxj. q. ij. ſi
paulus. l. in be̊llo. §. facte. ff. de captiuis.
4 ¶ Utrū̄ mulier credēs virū̄ mortuū̄ poſſit ꝯ⸗
here cū̄ alio. R. ꝙ ſi veriſiliṫ p̄ſumiṫ de ei⁹ mor
te ſic ꝯhere pōt ſm aliq̄s. vt no. in. c. freq̄nter.
vt lite nō ꝯteſ. ſed tu dic ꝙ oꝫ hēat certū̄ nūciū̄
de morte viri de ſpon. in pn̄tia. de ſecū̄. nup. c.
dn̄s. niſi velis dicere ꝙ ſatis ē certificata q̄n
hꝫ violētas ſuſpitiones poſt expectationē ali⸗
q̄lem. Et adue[rte] vn⁹ teſtis ſufficit. vt i. d. c.
in pn̄tia. Excuſatˀ ē ab adulterio q̄n p̱babiliṫ
credidit mortuū̄ viꝝ ꝛ cū̄ alio ꝯxit. xxxiiij. q. j.
ꝛ. ij. cū̄ p̱ bellicā. an aṫ poſſit exigere debitū̄ vł
reddere dic vt. s. iiij. Impedimēto. §. viij.
5 ¶ Quid ſi q̄s credens vxorem viuere ſuā q̄ tn̄
mortua ē ꝯhit cū̄ alia. R. ꝙ mr̄imoniū̄ eſt ex q̄
nō viuit ſm Rod. Hug. tn̄ in. d. c. cū̄ p̱ bellicā.
dicit ꝙ ſi credebat hͦ ſibi licere etiā viuēte ſua
erit mr̄imoniū̄. ſi mō p̄ma mortua ē. Si xͦo nō
credebat licere ſic mr̄imoniū̄ nō erit qꝛ nō ma
ritali affectu ſed adulterio ei coniungitur niſi
poſtqꝫ ſcit ꝙ ē mortua ei coniūgatur maritali
affectu perſeuerāte alia pte in effectu maritali
alias non ꝛ ē verius.
¶ Impedimentum. xiiij. dr̄ publice hone⸗
ſtatis iuſticia q̄ ē p̱pinq̄tas ex ſpōſalib⁹ p̱ue⸗
niēs robur ex īſtitutōe eccīe trahēs p̱pṫ eiuſdē
eccīe honeſtatē. vñ īpedit ꝛ dirimit tā mr̄imo
nia q̄ʒ eē ſpōſalia ſequētia nō p̄cedētia vt in. c.
c. ex ſpōſalibus. de ſpō. lib. vj. Et iſta publica
honeſtas iuſticie cū̄ ſit qͦdā ſiłe affinitati iō ī
pedit ſm illos gradus ſm quos affinitas im⸗
pedit vſqꝫ ad q̄rtū̄ gradū̄ incluſiue. de quibus
diceṫ. j. xv. Impedimēto.
¶ Quot ſunt ſpēs publice honeſtatꝫ iuſticie.
R. ꝙ olim due. q̄ꝝ prima q̄ ꝯhebaṫ ex ſecūdis
nup. puta. Petrus vxorē hēbat. q̄ mortuo ei⁹
vx. accepit aliū̄ viꝝ de q̄ hūit filiū̄ vel filiā ta
lis p̱les cū̄ nullo cōſanguineo Petri poterat
ꝯhere ſꝫ hodie ſublata ē. p̱. c. nō dꝫ. de cōſang.
ꝛ affini. Alia q̄ hodie habet locū̄. ē q̄ ꝯhitur ex
ſponſalibus de futuro vł ex mr̄imonio de pn̄ti
nondū̄ ꝯſummato ſm Pa. i. c. ſpōſam. de ſpō.
Uñ null⁹ cōſanguine⁹ ſpōſi pt̄ accipe talē ſpō
ſam vſqꝫ ad q̄rtū̄ gradū̄ īcluſiue nec ecōuerſo.
c. Iuuenis. ꝛ. c. ad audientiā. de ſpō. ꝛ ſi acci⸗
pit nō erit eius vxor qꝛ dirimitur.
¶ Quid req̄riṫ vt ſpōſalia īducāt p̄fatū̄ īpe⸗
dimētū̄. R. ꝙ. v. Prīo ꝙ ſint ꝯcta a maiorib⁹
ſeptēnio tex. ē ī. d. c. ex ſpōſalib⁹. ſꝫ vt diċ Pa.
in. c. iuuenis. vbi req̄riṫ etas certa reſpectu di
ſcretionis n̄ pt̄ p̄ueniri. vt pꝫ ī etate ad ꝯfectio
nē teſtamēti. vt in. l. q̄ etate. ff. de teſta. ꝛ idem
no. in. c. puberes. de deſpō. impu. Iō oꝫ ꝯple⸗
uerint ꝯhētes. ſiue p̱ q̄bus ꝯhūt. vij. ānos.
3 ¶ Sꝫ nūq̄d ſi maior ꝯhit cū̄ minori ſeptēnio. p̱
xima tn̄ ſeptēnio. oriaṫ publice honeſtatis iu⸗
ſticia. R. ꝙ nō ſm Pa. in. c. iuuenis. de ſpon.
ꝛ in. c. fraternitati. de eo qui cognouit conſan⸗
guineam vxo. ſue. ꝛ hoc ex defectu conſenſus.
vt in. d. c. ex ſpōſalibus.
4 ¶ Pone ꝙ talis maior cohabitauit cū̄ minori
ſeptēnio deſpōſata ꝛ interueniat ex ordinaria
pollutio. vel ſit dubiū̄. an eā tēptauit. R n̄. ſm
Pa. vbi. s. ꝙ ex quadā eq̄tate oriṫ publice ho
neſtatis iuſticia. ſed tn̄ nullo iure p̱baṫ.
¶ Scd̄m qͦ req̄riṫ vt inducaṫ iſtud īpedimen
5 tū̄ ē ꝙ nō ſint ꝯcta ſub ꝯditione. Nā an̄ ꝯditō
nis euentū̄ nō oriṫ iſtud impedimentū̄. vñ poſ
ſet ꝯtrahere cū̄ aliq̄ cōſanguineo ſponſi an̄ cō
ditionis euentū̄.
¶ Quid ſi q̄s ꝯhit cū̄ aliq̄ cū̄ iſta cōditione. ſi
6 deo placuerit ꝛ poſtea inuenitur eius affinis.
vel aliud impedimentū̄ hn̄s quo cū̄ ea ꝯtrahe
re nō pōt de iure. R. ꝙ non oriṫ publice hone⸗
ſtatis iuſticia. qꝛ fuerūt ꝯditionalia. ꝛ iō pote
rit ꝯhere cū̄ ei⁹ ꝯſanguinea. nec ob. ꝙ dcā ꝯdi
tio ſubītelligebaṫ eē ſi n̄ fuiſſꝫ appoſita. qꝛ ſi n̄
apponereṫ exp̄ſſe nihilomin⁹ eēnt pura. ſꝫ exp̄ſ
ſe appoſita faciūt ꝯditionalia. ſm Ho. in. c. ad
audiētiā. de ſpō. ꝛ Io. an. d. c. ex ſpōſalibus.
vide qͦ dixi. s. iij. impedimēto. §. j.
¶ Quid ſi apponatur aliqua conditio que ha
7 betur pro non adiecta. vt. s. patuit. iij. impedi

mento. R. nihilominus ſpōſalia pura erūt ⁊ ori
tur iſtud impedimentū. vt in. c. vl. de cōdi. ap.
8 ¶ Terciū quod requiritur vt ſit iſtud impedi
mentum. oportet ꝙ ſponſalia ſint certa. q꜡ in
incertam perſonam non infertur cōſenſus nec
oritur iſtud impedimentum.
9 ¶ Quartū oportet ꝙ nō defecerit conſenſus.
vn̄ ꝯſanguineus furioſi cōtinue pōt eius ſpon
ſam ducere quā in amētia deſpōſauit cū ꝯſen
ſus defecerit. c. dilectus. de ſpō. xxxij. q. vij. ne
q̄. Limitat h̄ Pe. de pal. ⁊ bn̄ vez qn̄ defect⁹
ꝯſenſus ē apparēs vt in pueris ⁊ amētibus. ſe
cus eēt qn̄ eēt latēs. ſic ī illo q̄ ꝯhit nō aīmo cō
trahendi. ſed decipiendi q꜡ tunc oriť iſtud im
pedimētū. q꜡ eccīa inſtituit iſtud impedimētū
ꝓpter apparētiā honeſtatꝭ. ⁊ iō impediť q꜡ de
intētione n̄ pt ꝯſtare. ꝯfirmať p Din. Arch. ⁊
Jo. an. ⁊ Jmo. ⁊ Pe. i. c. vnico. de ſpō. li. vj.
q tenēt ꝙ ioco ꝯhentis ſi de ioco apte ꝯſtat n̄
iduciť publica hōeſtas. ḡ ſi n̄ ꝯſtaret iduceret
10 ¶ Quintū ꝙ nō ſint ꝯcta poſt mr̄imoniū vel
ſponſalia prius facta. q꜡ ſi q̄s cōtraxiſſet mr̄i
moniū vel ſpōſalia. ⁊ poſt viuēte pīma ſponſa
ꝯheret cū aliqua eius cōſanguinea. nō dirimē
tur ſpōſalia p̄cedētia. d. c. ex ſpōſalibus.
11 ¶ Quid ſi ſpōſalia ꝯhentes habuerit tp̄s de
bitū ⁊ fuerit pure ꝯcta. ⁊ cū certa pſona ⁊ cum
ꝯſenſu. ſꝫ tn̄ fueriť nulla de iure. puta cū affine.
vel cum religioſo. vel in ſacris. aut cum male-
ficiato. ⁊ hmōi. R. n̄. ꝙ nihilominus oritur pu
blice honeſtatis iuſticia. quia in matrimonio
attendiť potius honeſtas. l. ſemper. ff. de ritu
nupt. Nec ob. ꝙ nulla oriať obligatio. ſed bn̄
publica honeſtas q̄ impedit mr̄imoniū contra
hendū ⁊ dirimit cōtractū.
12 ¶ Sꝫ q̄d ſi mīores ſeptēnio ꝯctis ſpōſalibus
pſeuerāt vocātes ſe ſpōſuz ⁊ ſpōſam. vl̄ ſimul
iacēt. vl̄ ſeinuicē oſculāť vſqꝫ poſt ſeptēniū. ⁊
ex h̄ manifeſte apparet eos pſeuerare ī eadem
volūtate. R. ꝙ ſi ex talib⁹ ſignis maīfeſte ap-
paret ꝙ pſeuerāt ī eadē volūtate poſt ſepten-
niū ꝯpletū oriť publice honeſtatis iuſticia vt
no. i. d. c. ex ſpōſalib⁹. Alias ſi nō maīfeſte ap
paret. lꝫ pdurēt ī eodē ꝓpoſito n̄ oriť iſtud im-
pedimētū vt colligiť ex. d. c. ex ſpōſalibus.

Impedimentum. xv. eſt affinitas que q̄-
dem affinitas eſt ꝓximitas pſonaꝝ ex copula
carnali proueniens omni parentela carēs. vn̄
affinitas mediante conſanguinitate ⁊ carna-
li cōmixtione ꝓpagatur ideo conſanguinitatē
imitatur. Sed in hoc differt. quia pſona con-
iuncta ſiue addita alicui pſone. p ꝓpagatōem
ſit pticeps eiuſdem nature lꝫ indiffererēti gra
du. vn̄ nō mutat genus attinētie. ſꝫ tm̄ gradū.
ſed pſona addita ſiue cōiūcta p copulā carna-
lem alicui pſone nō ſit pticeps eiuſdē nature.
ſed q̄ſi ꝯiūgiť ab extrinſeco. vn̄ ꝯiūgiť alio ge
nere ꝯiūctionis ſed in eodē gradu. Et iō pſo-
na cōiūcta p carnis copulā ſanguini alterius
inducit pīmū genus affinitatis. pſona ꝰo ad-
dita p copulā pſone q̄ pīmū inducit gen⁹ facit
ſcđm gen⁹. ⁊ pſona addita ſecūde inducit ter-
ciū gen⁹. ꝰbigrā vxor fratris mei ē mihi affi-
nis in pīmo genere ⁊ ī eodē gradu quo frať me
us ⁊ reliquis cōſanguineis meis in eodē gra-
du q̄ ſunt mihi ⁊ in pīmo genere. Alia pſona q̄
nō eſt mihi cōſanguinea. nec affinis aliūde ſi
ꝯiūgať cū p̄fata vxore frīs mei. erit mihi affi-
nis in ſecūdo genere ⁊ ꝯſanguineis meis. ⁊ in
eodē gradu q̄ ſumus fratri meo. Tercia ꝰo p-
ſona aliūde. nec ꝯſanguinea. nec affinis. ſi con
iūgatur ſecūde pſone ꝯiūcte vxori fratris mei
erit mihi ī tercio genere affinitatis ⁊ ꝯſangui
neis meis. ita no. i. c. non dꝫ. de ꝯſan. ⁊ affi.
¶ Quō impedit affinitas mr̄imoniū. R. ꝙ ſi 1
pueniat impedit ꝯhendū ⁊ dirimit ꝯctū in p-
mo genere tm̄ hodie. ⁊ vſqꝫ ad q̄rtū gradū in-
cluſiue. vt i. d. c. nō dꝫ. lꝫ olim impediret eť in
ſcđo ⁊ tercio genere. vt. xxxv. q. iij. p totū. Vn̄
pſona cognita carnaliť ab aliq̄ ꝯſanguineo. n̄
poterit ꝯhere cū aliquo de illa ꝯſanguinitate
q̄ nō diſtat vltra q̄rtū gradum ab eo ꝯſangui-
neo qui eā cognouit. ⁊ ecōtrario. Et ſi contra
hit nō tenet mr̄imoniū. ⁊ in linea recta intelli-
gitur ꝓhibitū in infinitū ſm̄ vnā opi. quā non
teneo vt. s. dixi. impedimentū. vj. §. j.
¶ Quid ſi affinitas ſupueniat mr̄imonio iam 2
ꝯcto p ꝰba de p̄ñti lꝫ nō ꝯſummato. R. ꝙ nō
dirimit eū. vt i. c. j. de cōſan. ⁊ affi. ⁊ ille p quē
ꝯtracta ē affinitas nō pōt petere debituz ſine
pctō mortali. ſꝫ bn̄ teneť reddere vere vel iter-
p̄tatiue petēti. Pe. de pal. tꝫ ꝙ ſi mr̄imonium
nō ē ꝯſummatū. ꝙ nec eť reddere p̄t ſine mor-
tali pctō. q꜡ p̄t religionē intrare. Sꝫ h̄ nō cre-
do. q꜡ lꝫ poſſit nō tn̄ teneť intrare.
¶ Sed nūquid ep̄us poterit diſpenſare cū ta
li vt etiaz exigere poſſit ſine peccato. R. vt. s. 3
Inceſtus. §. v.
¶ Vtrū remaneat affinitas poſt mortē pſone
cognite. R. ꝙ ſic. q꜡ ē vinculū ppetuū. 4
¶ Vtrū coitus fornicarius cauſet affinitatē.
R. ꝙ ſic. q꜡ p oēm coitū ordinatū ad carnis p 5
pagatōem p quē ꝯſanguinitas ꝯhi poſſit con
trahitur affinitas. nō aūt p coitum extra vas
vel ſodomiticū. ⁊ hmōi. xxxv. q. iij. extraordi-
naria. ⁊ de eo qui cogno. ꝯſan. vx. ſue. c. frater-

nitatis. ꝛ. xxxv. q. x. fraternitatis. Hoſ. tñ te-
net abſurdū ꝯhi affinitatē ꝑ fornicariū coniuꝫ
etiā ordinatū ad generationē. ꝛ iō tꝫ ꝙ nō ꝯ-
hiꝛ niſi ex ꝓximitate ꝓueniens ex nuptijs. vt
pꝫ. i. l. nō facile. §. ſciendū. ff. de gradibꝰ. Sed
ꝯriū cōiter teneꝛ ꝛ ſic ſerua. Et ille. §. ſciendū.
loqtur de affinitate ꝑ quā deſerꝛ hereditas ad
aliquem.

6 ¶ Quid ſi clauſtrū pudoris ītrauit ſꝫ ſemē ñ
emiſit. R. ꝙ affinitas ñ ꝯhiꝛ. etē ſi mulier ſola
emiſiſſet. ſꝫ ꝗuis clauſtrū ñ intret. ſꝫ tñ ſemē ſi
intꝰ mittit ꝯhiꝛ affinitas qꝛ pt fieri gñatio ſicꝰ
fit in balneo. vl ī demōibꝰ ſuccubis ꝛ incubis.

7 ¶ Quid ſi vir intrans clauſtꝝ emittit ſemē ꝛ
nō mulier. R. Pa. in. c. fraternitatꝫ. de eo qui
cog. ꝯſan. vx. ſue. Inno. ibidē tenet ꝙ nō ꝯhi
tur affinitas. ſꝫ ꝙ oꝫ ſimꝛ emittāt tā vir ꝗꝫ mu
lier. Idē tꝫ Ho. in ſum. ꝛ Hugo. ī. d. c. extraordi
naria. ſꝫ ipe Pa. dicit ꝙ Ho. ī. d. c. fraternita
tis. dicꝛ ꝙ ſufficit ꝙ vir emittat in clauſtro pu-
doris. lꝫ mulier nō emittat. qꝛ ſm medicos pt
fieri gñatio. Et h̄ ſeqtur Fede. ꝯſi. ccxc. Et vꝛ
ſeq̄ Pa. ꝛ iudicio meo ec̄ Inno. ī. d. c. frater-
nitatꝫ. ꝛ Rod. ꝛ Pe. de pal. in. iiij. aliꝛ beata
virgo nō potuiſſet effici mꝛ ꝛ virgo ſi oporte-
ret mulierem ſeminare.

¶ Impedimentum ſextumdecimū dicitꝛ im
potentia coeūdi que quidem eſt vicium animi
vel corꝑis vel vtriuſqꝫ quo quis impediꝛ alij
carnaliter cōmiſceri.

1 ¶ Quot ſunt eiꝰ ſpēs. R. ñ. ꝙ tres. Prima dꝛ
naturalis vt frigiditas ī viro. Artatio in mu-
liere. Et defectus etatis in vtroqꝫ. vel altero.
Altera eſt accidentalis que ꝓuenit a cā extrin
ſeca ꝛ accidentali. vt caſtratio. Et tercia ma-
leficialis q̄ a demonibus prouenit.

2 ¶ Circa frigiditatē ꝛ artatōem. dic breuiꝛ ꝙ
ad hoc vt impediat mrīmoniū ꝯhendū ꝛ diri-
mat ꝯctū reqriꝛ pmo ꝙ pceſſerit tale impedi-
mentū mrīmoniū qꝛ ſi aduenirct poſt ꝯctū nō
dirimeret. lꝫ eēt rōnabilis cā diſpēſationis ſi
ende ꝑ papā vt alꝛ aptus ꝯheret cū alio. ſi non
dū erat mrīmoniū. cōſummatū. vt no. Pa. ī. c.
ex ꝑte. ꝛ ī. c. ex publico. de ꝯuer. ꝯiug. Et idem
dic de ipotētia accñtali ſm eundeꝫ Pa. alꝛat.
c. ꝙ ſedē. ꝛ. c. ꝯſultationi. de fri. ꝛ male. Scōo
reqriꝛ ꝙ ſit tāta ꝙ nullo mō poſſit coire hoc ē
ſm Pe. de pal. ꝙ ſit talis ꝙ ipediat actū ꝑpe
tuo ſaltē. qꝛ lꝫ ipediret effectuꝫ gñationis. ſꝫ ñ
actū q̄ ē emiſſio ſemis in vaſe nō eēt ipedimen
tū. tercio ꝙ ſit ꝑpetuū ipedimentū ita ꝙ nul-
lo medicamīe aut remedio poſſit remoueri. qꝛ
ſi poſſet ſine ꝑiculo mortis remoueri non diri

rimeret. hoc no. in. c. j. ꝛ. ij. xxxiij. q. j. de frigi.
c. j. ꝛ. ij. ꝛ quaſi ꝑ totū. Nec facio vim in frigi-
ditate q̄ eſt a natura aut ī illa q̄ ē ꝑ ſenectutem
qꝛ qñ nō pt iuuari impedit. vt no. R. i. ī. iiij. di.
xxxiiij. Et eadē rōne dic de nimia caliditate q̄
coitū impediret. ſm. ſ. tho. ea. diſt. Quarto ꝙ
ſit igrās qñ ꝯhit de tali impotētia. qꝛ ſm Pe.
de palu. q̄ ſcit ſe. vel aliū ipotentē ꝛ eū accipit
nō pt amplius eū dimittere quo ad vinculum
qꝛ ē veꝝ mrīmoniū. ꝛ hec q̄tuor dic eē reqri in
impedimento accidentali vt dirimatur.

¶ Sꝫ q̄d de eo q̄ hꝫ xꝑgam erectā ſed nō poteſt 3
emittere ſemē ꝓpter impedimentū naturale vꝛ
accñtale. R. Pa. ī. c. j. de frig. ꝛ male. glo. te-
net ꝙ pōt ꝯhere ꝛ tenet mrīmoniuꝫ. qꝛ poteſt
mulierē ꝓuocare. ſed cōiter teneꝛ ꝯriū. qꝛ ex q̄
nō pōt hr̄e actū gñandi. pōt mulier dicere ego
volo effici mꝛ. vt in. d. c. j. ī ſi. ꝛ ſic tene ſi añ ꝑ-
ceſſit ꝯctū mrīmonon ij tale impedimentum ꝛ
nō ſit remediabile.

¶ Vtrū mulier ꝓpter artitudinē ſeꝑata a pri 4
mo viro ꝛ ꝯiūcta ſcōo q̄ efficitꝛ habilis. pmo ꝓ
pter vſum ſecūdi ſit reſtituēda pmo. R. Pa. ī
c. fraternitatis eodē. ꝙ ſi nō poterat ꝯiūgi ꝑ-
mo viro ātea ſine ꝑiculo mortis ꝑ aliqđ reme
diū ꝙ nō reſtituiꝛ ſed ſtabit cū ſecūdo. qꝛ ī pri
mo nō fuit mrīmoniū. vt tenet Abbas ꝛ Pe.
ꝛ ſeqtur Io. An. ī. d. c. fraternitatis. in fi. qđ
veꝝ limitā qñ apte apparet de diſſolutōe mē
broꝝ amboꝝ. alꝛs eēt reſtituēda. qꝛ vꝛ eccia de
cepta. ꝛ ſic ꝯcor. doc.

¶ Circa etatē xꝑo vt no. dixi. Etas ad ꝯhēdū 5
ſpōſalia ē ſeptē ānoꝝ ꝯpletoꝝ. vt in. c. ex ſpon
ſalibus. de ſpō. li. vj. Sed in mrīmonio requi-
ritur ꝙ vir habeat ꝯpletū. xiiij. ānū. ꝛ mulier.
xij. vt ī. c. puberes. ꝛ. c. cōtinebaꝛ. de deſpon. i-
pube. Vnde ſi añ illud tps ꝯhatur nō erit ma
trimoniū ſed ſponſalia. c. vnico. de deſpon. im
pube. lib. vj. Et hoc veꝝ niſi malitia ſuppleret
etatē. ꝛ tūc ē ſm Ancre. ꝛ Hoſt. c. de illis. el.
ſecūdo. de deſpon. impu. quādo ſeinuicem co-
gnouerūt. aliter non. Sed tu dic cum Io. an.
ꝙ ſufficit ꝙ ſint experti copłam carnis ſi nō in-
uicē ſaltē cuꝫ alijs. Vñ exponitꝛ illud malitia.
i. vigor naturał. ſeu potētia coeūdi ſuppleret eta
tē. qđ pꝫ in. d. c. de illis ibi potuerūt ꝯiūgi. Et
iura q̄ dicūt ꝙ mrīmoniū tenet. ſi ſunt proxi-
mi pubertati. lꝫ doc. in hoc ſit diuerſa interpre
tatio. Tñ tu hec intellige cū Hoſ. in ſum. ꝙ eſt
ꝓxima etati quādo ē viri potēs qđ ꝑ experienti
am pōt ſciri. d. c. puberes. ꝛ. c. a nobis. de de-
ſponſa. impube. Vnde glo. in ſumma. xx. q. j.
refert Greg. dicentē. ꝙ puer. ix. annoꝝ reddi-

dit nutricem pregnantem. Et Alber.in.iiij. di
cit ſe vidiſſe puellam nouem annoꝝ concepiſſe.
⁊ in decimo peperiſſe.
¶ Sed quid ſi puer pubes ⁊ habilis etate ad
6 cōtrahendū cōtrahit. ⁊ eſt impotens ad coeū-
dū. R̄. ſm̄ glo. tenet ꝙ mr̄imoniū non eſt validū
in.c.puberes. ⁊ ſequitur ibi Pa.de deſponſa.
impube. Quia qui habere actuꝫ generādi nō
poteſt non dicitur pubes. ergo aſſimilatur im
puberi. ⁊ facit iſtud.c.puberes.ī fi. Doctores
tamen cōmuniter tenent ꝙ non ſeparabitur.
ſed expectabitur tempus plene pubertatis. ſci
licet decemocto annoꝝ.l.itē mella.ff.de aliñ.
⁊ cibaria.le.⁊ hec ē humanior ⁊ verior. quia ex q̊
impedimentū nō eſt perpetuum non reſtat q̄n
ſit matrimoniū. aliter infirmus impotēs nūc
ad coeundum non poſſet contrahere. quod fal
ſum ē. ⁊ ideo erit matrimoniuꝫ. ſed ſi in.xviij.
non poterit iudicabitur impedimentuꝫ perpe
tuum. ⁊ ſic diſſoluetur.
7 ¶ Sed nūq̄d peccāt q̄ cōtrahunt mr̄imonium
ante debitā etatē. R̄. ſm̄ Pe.de pal.in.iiij. ꝙ
ſic mortaliter ſi ſine iuſta cā ⁊ licentia epi con
trahūt. qꝛ ꝯtra ꝓhibitionē.c.ij.de deſpō.īpu.
¶ Sed pone ꝙ minor ſeptēnio fuit cognita a
8 ſpōſo maiore.xiiij. R̄. Io.de deo. ꝙ erit mr̄i-
moniū. ſed Pa.in.d.c.ꝯtinebatur. tenet ꝙ nō
erit quantūcūqꝫ fuerit cognita quia non habꝫ
cōſenſum aptum ad matrimoniū contrahēdū
niſi eſſet multum diſcreta ⁊ doli capax.
9 ¶ Pone ꝙ dicti impuberes q̄ poſt ſeptenniū
contraxerūt mr̄imoniū q̄d iuris interp̄tatōne
ſunt ſpōſalia. vt in.c.vnico.de deſpon.īpu.li.
vj. pſeuerant vſqꝫ ad plenā pubertatē ⁊ in pu
bertate interuenerūt oſcula ⁊ amplexus. ⁊ do
na. nūq̄d erit mr̄imoniū. R̄. ꝙ ſi interuenit co
pula. tex.ē clarus.in.d.c.vnico. ꝙ ſic efficitur
mr̄imoniū. Si xͦo copula non interuenit neqꝫ
cōſenſus expreſſus poſt pubertatē. ſic opi.ē di
uerſa. Inno.tenet ꝙ nō efficiť p q̊ſcūqꝫ alios
actus ēē copulā vł niſum ad eā. Hoſt.xͦo fuit
varius ī.c.atteſtatōnes.de deſpō.īpu. ⁊ in.c.
ad id de ſpō. Archid.ī.d.c.vnico poſt multas
opi.vł̄ cōcludere ꝙ nō ſit mr̄imoniū niſi inter
ueniat vel nouus cōſenſus exp̄ſſus. vel copula
vł traductō ad domū. ⁊ hec vł̄ ſeq̄ alanꝰ. Din.
⁊ Hoſ.in.c.lr̄as.de deſpon.impu. Pa.in.c.fi.
de ſpon.tenet ꝙ p oſcula iocalia. ⁊ āplexus ⁊
hmōi. ſigna efficitur mr̄imoniū. allegat glo. ⁊
Io.an.in.d.c.vnico. Ray.tenet ꝙ ſi q̄n ꝯtra
xerūt nō intēdebāt ꝯtrahere mr̄imoniū. ſic nō
erit nec mr̄imoniū nec ſpōſalia. Mr̄imonium
qꝛ etas impediebat ſpōſalia. qꝛ h̄ nō itēdebāt
nec verba ad hoc pn̄t referri. ⁊ ſic adueniente
pubertate etiā ſi ſeq̄tur copula nō erit mr̄imo
niū nec veꝝ nec p̄ſumptū. Si xͦo q̄n ꝯtraxerūt in
tendebant contrahere. ſi nō vt agebant. ſalteꝫ
quantū valere poterat. ſic erunt ſpōſalia ⁊ nō
inducent mr̄imoniū niſi aut p copulā. aut p cō
ſenſuꝫ euidēt exp̄ſſuꝫ. ⁊ ſic ītelligit tex.d.c.vni
ci. Ego xͦo ſaluo meliori iudicio iuxta illud.l.
claudius felix.in fi.ff.qui po.in pig.ha. dico ꝙ
ad hec vt ſponſalia efficiatur matrimoniū ve-
rū. oportet interueniat nouus cōſenſus in ma
trimoniū exp̄ſſus cū aliq̄bus ſignis vniuocis.
hoc ē ꝙ talia ſigna nō poſſint fieri legitie. nec
ſoleāt fieri. niſi cū vxore ī legitio mr̄imonio cō
iūcta. Iſtud cōiter ſequūtur theologi.in.iiij.
di.xxviij. patet in ar.p.l.minorē.ff.de ri.nup.
⁊ p.d.c.atteſtationes. ⁊ quod ibi not. ⁊ ideo ſi
poſt pubertatē amboꝝ nouū cōſenſum habue
rūt oſtēſuꝫ per aliquod ſignū quod ſolūmodo
cōiugibus exhiberi ſolet. ſic indubitanter ma
trimoniū efficitur. Si xͦo nouū talem conſen-
ſum in pubertate non habuerūt. ſed ſimpliciť
pſeuerauerūt in tali opinione p̄ma nihil de no
uo determināntes. tūc reduco doc.ad cōcordiā
Et dico ꝙ ſi interceſſerūt actus qui non ſolēt
fieri niſi cū vxore vt traductio ad domū. habi
tatio mutua ſeorſuꝫ. ⁊ hmōi. ſic talia ſigna fa
ciūt matrimoniū p̄ſumptum. Et ſic intelligo
⁊ limito dictū glo. Hoſt. ⁊ Pa.ac ceteroꝝ. Si
autē ſigna exhibita poſt pubertatē ſunt ſigna
q̄ etiā ſpōſis de futuro exhibētur. vt in aliq̄bꝰ
locis oſcula. ⁊ āplexꝰ ⁊ hmōi. ſic nō faciūt ma-
trimoniū nec veꝝ nec p̄ſumptū. qꝛ hoc nō pro
bat eſſe q̄d ad h̄ cōtigit abeſſe.l.neqꝫ natales.
C.de ꝓba.c.ij.de trāſla.p̄l. ⁊ ſic ītelligo In-
no.cū ceteris. Iſtā cōcordiā vł̄ tenere.d.An.
in.d.c.atteſtatōnes. ⁊ de iſtis vltimis nō loq̄-
tur.d.c.vnicū. q̄d patꝫ in verbo cōſtiterit eui-
denter. nec glo.ibidē ſi bn̄ ponderet̄ qꝛ dicit ſe
āplexebātur nō ſimplr̄. ſed addit vt coniuges.
¶ Circa xͦo impedimētū naturale vel accidē
tale ē ſciendū ſm̄ Pa.in.c.j.de frig. ⁊ male. ꝙ 10
quādo non poteſt p aſpectū ꝓbari ſemꝑ debet
ad minus habitare p triēniū anteqꝫ matrimo
niū diſſoluatur. vt in.c.fi.eodem. Secus in im
pedimento quod poteſt p aſpectuꝫ probari. vt
in.d.c.fraternitatis. Vel p iuramētū ꝓprium
cum ſeptima manu ꝓpinquoꝝ. vt in.c.laudabi
lem.eo.ti. quia ſtatim pōt dirimi.
¶ Quid de ſpadone vtroqꝫ teſticulo. Reſpō. 11
quidam tenent ꝙ non dirimitur. quia ſm̄ Aui
cenam poteſt erigere virgam ⁊ ſemen emitte-
re. licet non poſſit generare. Sed ſm̄ Panor.

in.c.qđ ſedem. de fri.⁊ male.doc. cōiť tenēt ꝙ
nō pōt ꝯhere. ⁊ ſic non tenet mĩimoniū ⁊ diri
meť. ſecus ſi eſſet caſtratus tm̄ vno teſticulo.⁊
ſic pōt intelligi tex.⁊ glo.in.l.ſi ſerua.§. ſi ſpa
doni.ff.de iure do.vide glo.in.c.hĳ q̇.xxxĳ.q.
vĳ. Sed ego teneo ꝙ ex q̇ hꝫ actū generādi ꝙ
tenet mĩimoniū lꝫ nō habeat effectū.vt.s.di
ctū ē.aliter ſteriles nō poſſent ꝯhere. quod fal
ſum eſt.⁊ ſm hoc limita gloſas ꝑdictas.

12 ¶ Circa ꝓo maleficiatos. Aduerte ꝙ aliquā
do qs ē maleficiatus reſpectu oīm.⁊ ſic ꝯhere
nō pōt. ⁊ ſi cōtrahit poſt ꝑmū mĩimoniū ꝯctū
⁊ cōiūgiť cū ſecūda redire teneť ad ꝑmā ꝙ pꝫ
q꞉ impedimentū nō erat ꝑpetuū ⁊ ideo primū
mĩimoniū fuit firmū. Si autē ſit maleficiatus
reſpectu vnius ꝑſone.ſic nō reſtituetur quāuis
cognoſcat ſecūdam. q꞉ primū mĩimoniuꝫ fuit
nullum ⁊ ſecūdū fuit validū.

13 ¶ Sꝫ nūqd iudicabiť impedimentū ꝑpetuum
qđ remoueri poſſet ꝑ aliqđ maleficiuꝫ. R. ſm
ſan. Ho.in.iiĳ.di.xxxiiĳ.⁊ ſan.tho.eadeꝫ diſ.
ꝙ ſic.q꞉ nō pōt hō ꝑ maleficiū inuocare demo
nes pro aliquo caſu.

14 ¶ Si q̄rať de abhominatōne.vtrum impedit
mĩimoniū tenet. S.tho.vbi.s. ꝙ ē idē iudiciū
qđ de maleficio cū ſit cauſa extrinſeca ⁊ acci
dentalis. Et h̔ intellige qn̄ ex tali abhomina
tione in imaginatiua fantaſia aut extimatiua
cōcipitur talis horror ꝙ nullo mō poteſt habe
re actum generandi cum tali.

15 ¶ Sed qđ ſi inueniať aliq̇s qui vellet deſtrue
re maleficiū cū alio maleficio.vide.ĩ. Supſti
tio.§.xiĳ.

16 ¶ Quero qđ ſi dubiū ſit.an tale impedimen
tū impotētie coeūdi ꝑceſſerit mĩimoniū ꝯctū
ꝑ ꝟba de pn̄ti an nō. R. Pa.in.d.c. fraterni
tatis ꝙ ꝑſumeť ꝑceſſiſſe ex q̇ nūq̄ potuit cog
ſcere.facit in ar.l.iĳ. C.de edi.edic. Et h̔ idem
ſeq̇tur Ri.in.iiĳ.di.xxxiiĳ. ꝙ debemus preſu
mere ꝙ ſicut ꝑceſſit cōſummatōem ita ⁊ ꝯtra
ctionē. Nā ex futuro ꝑſumitur eſſe ꝑteritū. vt
no.in.c.ſcribā eiſdē.de preſump.⁊ ſic doc. ma
gis vidētur in hanc opi.inclinari. ⁊ placet mi
hi.lꝫ gl.in ſum.xxxiĳ.q.ĳ. dicat ꝙ ꝑſumendū ē
ſubſecutū. Nec ob.c.lꝫ ex quadā in fi. de teſti.
vbi dr̄ ꝙ in dubio ꝓ mĩimonio ē ꝑſumendum
q꞉ dicit Pa.vbi.s.ꝙ ē veꝝ qn̄ mĩimoniū pōt
habere ſuū effectū.ſ.euitatione fornicationis.
vel bonū prolis. Et hanc mirabilem limitatō
nem tenet etiaꝫ do. Anto.in.c.lr̄e vr̄e.de frigi.
quod bene notabis.

Impedimentum decimumſepti
mum ſm aliquos dicitur conſuetudi
nis vel ſtatuti.pro cuius intelligentia q̄ritur.

¶ Utrū cōſuetudo poſſit ꝯ mĩimoniū. R.ſm
Pa.in.c.ſup.eo. de cognatione ſpūali. ꝙ aut
cōſuetudo habilitat.alīs inhabiles ꝑius cano
nicū vtputa ꝙ ꝯhatur in.ĳ.vel.iĳ.gradu con
ſanguinitatis.⁊ hmōi.⁊ ſic nō valet.vt ꝓbať
in.d.c.ſup eo. ſm verā ſignificatōem iūcto.c.
quod ſuper his.de conſang.⁊ affi.⁊ hoc tenet
Ho.quaſi ſit irrōnabilis. Ex quo infero ꝙ cō
ſuetudo nō approbata a papa nō poteſt tolle
re impedimentū publice honeſtatis cū cōſue
tudo nō valeat ꝯtra honeſtatē eccleſie.c.cum
decorē.de vi.⁊ ho.cle. Aut conſuetudo ſolū in
habilitat alios habiles.vt in filĳs duoꝝ ꝯpa
trū ꝑ quoꝝ neutrū ventū ē ad cognatōnē ſpūa
lem.⁊ tūc valet vt nō ꝯtrahať. Facit.ꝟ.itaq̧.
⁊.ꝟ.ceteꝝ.d.c.ſup eo.⁊.d.c.olim.de cle.coiu.
Aut cōſuetudo nō ſolū inhabilitat vt nō con
trahatur.ſed etiam habet vt diſſoluatur ad tē
pus.⁊ ſic valet.vt voluit Inno. q꞉ peccauerīt
cōtemnēdo conſuetudinē patrie.xxx.q.v.aliť.
Aut taliter inhabilitat. ꝙ ſi fuerit cōtractum
hꝫ vt diſſoluať in ꝑpetuū. ⁊ tūc ſi ē approbata
ꝑ papā ſaltem tacite ſic valet vt ꝓbatur in.d.
c.ſup eo.ſm lecturā Hoſt. Sꝫ ſi nō apparet de
approbatione pape.tunc nō valet ſm Ho.ĩ.d.
c.ſup eo.⁊ ꝓpterea dicit caſum ꝑfati.c.nō extē
dendum. Sed Pa.tenet contrariū. vbi cuꝫ de
ꝯſuetudine cōcurrit ſcādalū. q꞉ ſicut papa po
teſt ius dinūᷝ interꝑtari ⁊ addere ⁊ diminuere
vt no. Inno.in.c.q̇ in eccleſiaꝝ.de cōſti. Ita
⁊ cōſuetudo.vt tenet idē Inno.ĩ.c.fi.de ꝯiue.
⁊ hoc etiā ſentit glo.magna in.d.c.ſup eo.que
vult ꝙ vbi eēt cōſuetudo ꝙ non cōtraheret in
quintū gradū ſi ex ꝯtractu generareť ſcādalū
nō valet mĩimoniū. q꞉ vt dictū ē. Conſuetudo
cōtinēs in ſe ſcādalū ex ꝑteritōne pōt inhabi
litare alias habiles.ſec⁹ ſi a ꝑncipio nullū fu
iſſet ĩpedimētū. q꞉ tūc ſcandalū ſupueniēs nō
pōt diſſoluere q꞉ ꝓpter ſcādalū nō ē recedēdū
a veritate iuris diuini.c.ĳ.de no.ope.nū. ⁊ in
regula q̇ ſcandalizauerit.de re.iur. Sꝫ.d. An.
d. Butri.d.c.ſup eo.limitat ſic. Q.đ aut ꝯſue
tudo hꝫ ꝯcurſuꝫ iuris āntiq̇ ⁊ tūc dirimet ĩ ꝑpe
tuū.ĩteruenīēte ſcandalo.niſi ita dirimať. Si
ꝟo nō hꝫ concurſum iuris.⁊ tūc ſi a nouo iure
approbeť vel a papa ſimiliter dirimet.ꝙ ſi nō
hꝫ cōcurſuꝫ iuris āntiq̇ vel noui vel approbatio
nē pape tūc nō pōt creare nouū impedimentū
ad dirimendū in ꝑpetuū.⁊ hoc ē veriſſimuꝫ.⁊
dictū Pa. intellige de conſuetudine generali
quam papa ſcit ⁊ approbat nō de ꝑticulari.ni
ſi ſm di.do. Anto.

2 ¶ Quid ſi conſuetudo mariti ⁊ vxoris ſit di-
uerſa. R. Pa. ſ. c. j. de ſpon. Aut cõſuetudo di
ſponit ſup ſolẽnitate ꝯtrahendi ⁊ debȝ obſeruari
cõſuetudo patrie vbi m̃rimoniũ ꝯtrahit̃. etiã ſi am
bo eẽnt pegrini vel forẽſes. q2 nõ eẽt violãda
cõſuetudo patrie cũ ſcandalo aliorũ. vt in. c. q̃
ꝯ. viij. diſti. ⁊. l. ſi frigidus. ff. de euic. ⁊. l. ij. C.
queãdmo ſũ teſta. aperiãtur. Aut conſuetudo
diſponit ſup executõe vel alijs ſeruãdis poſt
ꝯtractũ. ⁊ dȝ attẽdi ꝯſuetudo domicilij ipius
mariti. l. fi. §. idẽ reſcripſerũt. ff. ad munici. vñ
ſi ꝯſuetudo ẽ domicilij mariti q᷑ marit⁹ lucre-
tur certã ptem dotis. lȝ in loco ſit alia conſue-
tudo. tñ ſeruabit̃ ꝯſuetudo domicilij mariti ⁊
lucrabit̃. vt ẽ de mente Bar. in. l. exigere. ff. de
iudi. vbi tex. cũ glo. ⁊ in. l. cũctos populos. C.
de ſum. tri. ⁊ ſeq̃tur bal. in rubrica de inueſtitu
ra. de re. alie. facta. c. vltimo. Sȝ limitat verã
niſi error interuenerit. q2 mulier ignorabat et
contraxit ſimpliciter fiducia iuris cõis. ar. ff.
de iur̃ ⁊ fac. igno. l. regula. ⁊. ff. de pba. l. cum
de indebito. Alij tenent q᷑ ſi contraxit in loco
mulieris ille locus inſpiciat̃. ſi in loco viri ille
attendat̃. ſi in loco tercio cõſuetudo viri obſer
uet̃. q2 ẽ caput mulieris. de ſpon. c. j. Sed opi.
Bar. ſeq̃tur do. Anto. qui addit q᷑ ſi maritus
mutaret domiciliũ poſt contractũ m̃rimoniuȝ
q᷑ debet attendi cõſuetudo domicilij tpe con-
tractus ⁊ nõ domicilij vt diſſoluit̃ m̃rimoniũ.
quia debet attendi locus vbi orta fuit obliga
tio. ⁊ nõ vbi recepit purificationẽ. ⁊ facit tex.
iũcta gl. ſm intellectũ queȝ ſeq̃tur in. l. ſi vxor.
ff. de iudi.

3 ¶ Vtꝝ ſtatutũ patrie valeat circa m̃rimoniũ
R. Pa. in. c. j. de ſpon. do. Ant. ſic diſtinguit
q᷑ aut ſtatutũ patrie diſponit circa ſubſtantia
lia m̃rimonij. puta inualidando m̃rimoniũ vl̃
pſonas. ⁊ ſic nõ valet. Ex quo pȝ q᷑ leges phi
bentes m̃rimoniũ ĩter tutorẽ ⁊ pupillã. recto-
rem puincie ⁊ puincialem et hmõi nõ tenent.
Idẽ dicas ſi habilitaret inhabiles. de q̃ vide
p. Fede. ꝯſilio. xxv. vbi tȝ q᷑ generalit̃ ſtatuta
laicoꝝ circa m̃rimoniũ ſunt nulla. q2 hec mate
ria nõ ẽ de foro ſeculari. ſed eccleſiaſtico. vt in
c. tuaȝ. de or. cogni. facit qd̃ no. bar. in. l. titia.
ff. ſo. ma. ⁊ p doc. in. c. fi. de ſecũ. nup. Aut ſta-
tutũ diſponit inferẽdo penã circa ſubſtãtialia
ipius. ⁊ inferedo damnũ. ⁊ ſic nõ valet. vt di-
ſputat Io. an. in. c. ſtatutũ. de here. lib. vj. Ex
quo patet q᷑ nõ valet ſtatutũ inferẽs penã cõ
trahenti cum minore. xxv. annis. niſi pſentib⁹
agnatis. q2 intimidat̃ m̃rimoniũ qd̃ liberũ dȝ
eẽ. c. cũ locũ. de ſpõ. Gaſpar tñ de Cal. in. c. ij.
de clã. deſpõ. dicit ꝯſultũ fuiſſe q᷑ valet ſtatu-
tũ in iſto caſu ⁊ ſibi. Sȝ Pa. mag̃ placet opi.
Io. an. ⁊ ẽ magis cõis. de q̃ vide in. d. c. j. per
do. Io. Anto. de ſctõ georgio. Quñqȝ ſtatutuȝ
imponit penã auferẽdo lucrũ qd̃ lex ſecularis
attulerat. ſic valet ſm. d. Anto. Sȝ Feder. vbi
s. ⁊ Pa. tenẽt ꝯtriũ. Quñqȝ ſtatutũ nõ diſponit
circa ſubſtãtialia m̃rimonij. ſed circa depẽde-
tia. puta circa dotẽ. ⁊ ſic valet ſm Innoc. ar.
c. Raynutius de teſta. Quñqȝ circa ſolẽnitates
diſponit. ⁊ ſic valet. ⁊ peccat nõ ſuãtes. Pa.
tȝ ꝯtriũ. q2 nõ ptinet ad laicos. Sȝ tu dic verũ
q᷑ nõ valet ſtatutũ i ſolẽnitatib⁹ alijs adhibi-
tis in tali ꝯctu. ⁊ maxime q̃ nõ faciũt ad certi-
tudinẽ m̃rimonij. ⁊ ſic intelligo dictũ Pa. ⁊ li
mito bar. i. l. edicimus. C. de murile. ⁊ bal. in
l. j. ff. de iuſti. ⁊ iure. q̃ tenẽt q᷑ ſuadete publica
vtilitate lex ciuilis pt̃ penaȝ apponere ſubdij̃
ſuis. ⁊ ſic p accidẽs erit licitũ. i. ſtatuere circa
ſolẽnitates m̃rimonij. qd̃ al̃s nõ eſſet licitu. l.
grachus. C. ad. l. iul. de adul. quãuis ipi tene-
ant generalit̃ valere penã appoſitã circa m̃ri-
moniũ ꝯtrahendũ. Et ſic̃ dictũ pdicti do. An. ⁊
dictũ Pa. erit veꝝ. vt dixi in alijs ſolennitati
bus. q̃ nõ faciũt ad honeſtatẽ m̃rimonij. vl̃ ei⁹
certitudinẽ. q2 ſic non ligaret.

¶ Sȝ nũqd pdicta hẽbũt locũ i ſponſis. Rñ. 4
ſm do. Io. an. pdictuȝ in. d. c. j. q᷑ ſic p. l. orõ.
ff. de ſpõ. facit tex. in. c. cũ haberet. de eo q̃ du.
in ma. quã pol. p adul. vbi equipant̃ m̃rimoni
um ⁊ ſpõſalia. Et h᷑ veꝝ q̃ ad diſpõnem. ſȝ nõ
q̃ ad penam q2 pena appoſita circa m̃rimonia
nõ habet locuȝ in ſpõſalibus. ſm gl. cõiter ap-
probatam. in cle. eos in. §. contrahere. de cõ
ſang. ⁊ affini. qd̃ no. bene.

¶ **Impedimentum** decimũoctauũ dr̃ pua-
tionis qñ. ſ. aliq̃s ẽ ſurdus mutus ⁊ cecus naȝ
talis nõ poteſt cõtrahere. ⁊ ſi contrahit nõ te-
net. ſed dirimit̃ ſm aliquos. Rõ q2 qui nunq̃
vidit nec audiuit. nec poteſt ſcire q̃d ſit matri
moniũ. nõ põt ꝯtrahere nec conſentire in m̃ri-
moniũ. Sed iſtud ego limito ſm Io. ⁊ Pa. in
c. cũ apud. de ſpõ. veꝝ ſi nullo mõ põt exprime
re cõſenſum ſuũ. ſed ſi poſſet exprimere cõſen
ſum ſuũ in contrahẽdo p aliqua ſigna. ſic erit
m̃rimoniũ contrahendo. q2 lȝ ignoret quid ſit
m̃rimoniũ put ſacramentũ eſt. nõ tamẽ prout
ẽ vinculũ quod a iure naturali elicit̃. quo rõ di
ctat vt alicui inſepabiliter adhereat ad gene-
rationẽ pcurãdã. Difficillimũ tñ eſt hoc tales
poſſe oſtẽdere p aliq̃ ſigna. Similiter furioſus
priuatus iudicio rõnis non poteſt contrahere
vt no. in. c. dilect⁹ filius. de ſpõ. niſi hẽret lucida

interualla. ⁊ tunc cõſentire poſſet. Idem di de eb2io.

1 ¶ Nota ꝑ intelligẽtia oĩm ꝑdictoꝝ ſingulare dictũ Ho. in. c. ſi vir. de co. ſpi. ꝙ vbi docto. ⁊ mgři ꝑ ſuas gl. mřimoniũ ſoluũt. nec ius exp̃ſſum adducũt ſi repit vn⁹ doctoꝛ vel mgr̃ ſcribens ꝯ̃riũ mřimoniũ ſuſtinens ip̃e ẽ ſeqñdus. ar. c. lʒ ex quadã. de teſti. q2 ſm eũ tolerabili⁹ ẽ aliquos ꝯ̃ ſtatuta hoĩm copulatos dimittere ſimul. q̃ ſic coĩũctos ꝯ̃ ſtatuta dei ſepare. d. c. lʒ. Iſtud dictuʒ ſeq̃tur ⁊ recitat Pa. in. d. c. ſi vir. Sed limitat dicens. niſi cõis opi. h̃ret q̃ſi tex. pro ſe. ⁊ ꝓpterea exponit id qd̃ dr̃ in. d. c. ſi vir. ſ. ꝙ ẽ ſeq̃ndũ in hoc qd̃ humanius dicit. i. rõnabilius ⁊ equius. Idem fere dicit in. c. fi. de ſen. ⁊ re iudi. ⁊ dicit cõfirmari dictuʒ p̃fati Ho. ꝑ. d. c. fi. lʒ limitat niſi opi. illius doctoꝝ euidẽter eẽt falſa. vel niſi ꝓbabilibus rõnib⁹ poſſet conuinci. Addo ⁊ aliã limitationẽ ⁊ dico veꝝ p̃fatũ dictũ qñ mřimoniũ ſuſtentatũ poteſt h̃re ſuũ effectũ. ſm ꝙ. s. dixi. Matrimonium tercio impedimẽto. xvj. in fi. al̃s qñ nõ põt habere ſuũ effectũ mřimoniũ nõ eẽt iudicanduʒ ꝓ eo ad dictũ vnius ꝯ̃ cõem opinionem.

2 ¶ Utrũ papa poſſit diſpẽſare in oĩbus impedimentis ꝑdictis. R. ꝙ q̃dã ſunt impedimenta q̃ remouent cõſenſum. ſicut ẽ impedimentũ terciũ. ſ. ꝯditionis. ⁊ q̃rtũ. ſ. erroꝛis perſone. ⁊ vndecimũ. ſ. metus ſeu coactionis. ⁊ decimũ octauũ. ſ. priuationis ſenſus. Nũ ſic papa nõ põt ſupplere ꝯſenſum ſine q̃ nõ ẽ mřimonium. ſic nec in ip̃is p̃t diſpẽſare vl̃ ip̃a tollere. Alia ſunt impedimẽta ex ſtatuto eccleſie cuiuſmodi ẽ impedimentũ p̃mũ. ſ. interdictũ eccĩe. ⁊ ſecũdũ. ſ. feriaꝝ. ⁊ q̃rtũ. ſ. cõditionis ſeruilis. q2 vt mřimoniũ ꝯ̃tũ cũ ãcilla a libero nõ teneat hoc ẽ ex ſtatuto eccĩe ſm Ri. in. iiij. di. xxxvj. ⁊ Pe. de pa. Et quintũ. ſ. voti caſtitatis. ⁊ ſeptimũ. ſ. cognatõis ſp̃ũalis. ⁊ octauũ. ſ. cognationis legalis. ⁊ nonũ. ſ. criminis. ⁊ decimũ. ſcʒ diſparitatis cultuſ. ⁊ duodecimũ. ſ. oꝛdinis. ⁊ q̃rtũdecimũ. ſ. publice honeſtatis. ⁊ ſextũdecimũ. ſ. impotentie coeũdi. Nam poſſe generare nõ ẽ de ſubſtãtia mřimonij. aliter ſenes nõ poſſent ꝯtrahere. quod falſum ẽ. ⁊ ideo ẽ ex ſtatuto eccĩe. Et impedimentuʒ decimũſeptimũ. ſ. cõſuetudinis. ⁊ in iſtis papa poteſt diſpenſare. Similiter dico de impedimẽto. vj. ſ. cõſanguinitatis. ⁊. xiij. ſ. ligaminis. ⁊. xv. ſ. affinitatis. quo ad aliqua q̃ in ip̃is ſolũ ſunt ex ſtatuto eccĩe. ſicut eſt in ꝯſanguinitate ⁊ affinitate. vt quis nõ poſſit ꝯ̃here in ſecundo gradu in linea equali. ⁊. iij. ⁊. iiij. ⁊ ſimilit̃ in impedimento ligaminis quo ad hoc ne q̃s poſſit ꝯ̃here cũ alia poſt mřimoniũ ꝯ̃tũ cũ aliqua ꝑ verba de p̃ñti ſolũ. Et ĩ hoc cõcoꝛdãt cõiter doc. lʒ quo ad votũ ſolẽne aliq̃ tenuerint ꝙ papa nõ p̃t diſpenſare ſicut tho. xxij. q. lxxxviij. ⁊ q̃dam alij. Sed tu tene ꝙ põt. vt etiã ip̃e tho. in. iiij. diſt. xxxviij. ⁊ Ri. eadẽ di. ⁊ Henri. de gan. in. v. q̃libe. q. xxix. ⁊ ẽ cõis opi. tã theo. q̃ꝫ canoniſtaꝝ. Alia ſunt ĩpedimenta iuris diuini ⁊ legis nature. de quibus habes. s. Impedimẽtũ. vj. §. j. ſ. de ꝯſanguinitate ⁊ affinitate vſq̧ ad ſecũdũ gradũ in linea inequali. Et in iſtis vtꝝ papa poſſit diſpẽſare. ſic fuit diuerſa opi. canoniſtarũ in. c. lr̃as. de reſti. ſpo. ⁊ in. c. ꝑ venerabilem. q̃ fi. ſint leg. ⁊ in. c. ꝓpoſuit de cõceſ. p̃ben. q̃buſdã dicentibus ꝙ nõ põt ꝑ. d. c. lr̃as. Sed tu dic et tene ꝙ lʒ papa nõ poſſit tollere dicta impedimẽta generaliter. tñ in aliquo caſu ſpãli legitima cã ſubſiſtẽte p̃t in dictis impedimẽtis ꝯſanguinitatis ⁊ affinitatis diſpẽſare. vt etiã tʒ Io. an. ⁊ recitat ⁊ ſeq̃tur Pa. ĩ. d. c. literas. de q̃ vide. j. papa. §. j. An aũt poſſit ſil̃r diſpenſare in ĩpedimẽto ligamĩs in q̃ntuʒ ẽ de iure diuino. ſ. vt poſt mřimoniũ conſummatuʒ q̃s ꝯ̃hat cũ altero tenet̃ cõiter ꝙ non. ⁊ ſic fuã indubitãter. q̃ ad h̃ vt q̃s poſſit dimittere vxorem vl̃ vxoꝛ virũ. q̃ ad vinculũ poſt mřimoniũ ꝯſummatũ. Sil̃r eẽ q̃ ad h̃ vt vxoꝛ poſſit habere duos viros. lʒ q̃ ad h̃ vt vn⁹ vir poſſit habere duas vxoꝛes. credo papam poſſe diſpẽſare qñ gen⁹ fideliũ eſſet reductũ ad pauciſſimos viros de q̃ dic vt. j. Papa. §. j.

¶ Sʒ nũq̃d ep̃s ſimilit̃ poterit diſpenſare in aliquo ꝑdictoꝝ impedimẽtoꝝ. Rñ. ꝙ in interdicto eccleſie ĩpãli facto a ſuo inferioꝛi põt ⁊ ĩ ĩpedimẽto criminis qñ crimĩa ſolũ ĩpediũt mřimoniũ ꝯ̃hendũ. de q̃bus. s. Impedimẽtũ. ix. ĩ ꝑn. Sed in interdicto facto ã ſuꝑioꝛi ſuo. vl̃ in criminibus q̃ impediũt ⁊ dirimũt poſt ꝯ̃tuʒ. de quibus. s. ĩ. d. ix. impedimẽto. §. j. ⁊. v. Aut in alijs q̃buſcũq̧ impedimẽtis mřimonij ne ꝯ̃hatur nõ p̃t ep̃s diſpẽſare niſi in caſibus de q̃b⁹ s. Diſpẽſatio. §. v. Et p̃m poſſe diſpẽſare ꝯ̃ canonẽ vel ꝯciliũ dictũ eſt. 3

¶ Quid de illo q̃ audiuit ꝑpetuuʒ ĩpedimẽtũ foꝛe int̃ ſe ⁊ vxoꝛẽ ſuã. R. ſm Rod. ꝙ ſi audiuit a fide dignis tenet̃ inq̃rere. al̃s cẽt affecta ignorãtia. ⁊ ſi ꝯcipiat ꝓbabilẽ opi. ex dcõ tali nõ dʒ exigere debitũ. lʒ ſolũ reddere donec intelligat veritatẽ diligẽter inq̃rẽdo. Si xo inq̃rẽdo nihil ĩuenit vl̃ audiuit h̃ ñ a fide dignis ſic dʒ deponere ꝯſciam nec peccaret moꝛtalit̃ ſi non crederet q̃uis audierit a fide digno. vt 4

puta a ſacerdote vel cōpatre ⁊ hmōi. qꝛ n̄ obli
gat̃ cuicū credere niſi ꝓbet. ſed ſufficit inq̄
rat. ⁊ ſi aliud nō inuenit non credat.
5 ¶ Nūqd ſacerdos teneat̃ reuelare impedimē
tū. vide. s. Cōfeſſio. iiij. §. x.
6 ¶ Utꝝ vxor teneat̃ ſeq̄ viꝝ trāfferētē ſe ad ali
am p̄riam. R. ꝙ nō. ſi ꝓbabl̄r dubitat de mor
te ſua. vl̄ ꝙ vellet eā exponere ad ſcortū. vel ſi
vir vellet ire vagabūdus cū tn̄ nō eēt qn̄ ꝯrit.
Nā in iſtis caſibus nō tenet̃ eū ſeq̄. al's ſic. ita
no. doc. i. c. de illis. d̄ ſpō. ⁊ i. c. j. de ꝯiu. lepro.
MAtrimonium. iiij. q̄ ad ſepabilita
tē. vtꝝ ſit ſepabile mr̄imoniū poſtq̄ ſe
mel legitie ē ꝯctū p̱ v̱ba de p̄nti ⁊ cō
ſummatū. R. ꝙ h̄ p̄t intelligi dupl̄r. Aut q̄ ad
h̄. vt alt̃ poſſit alteri' mr̄imonialit̃ copl'ari alte
ro dimiſſo. ⁊ ſic nūq̄ ē ſepabile mr̄imoniū int̃
fideles ꝯctū ⁊ ꝯſummatū vt p3 in. c. gaudem⁹
de diuoꝛ. nec papa poſſet in h̄ diſpēſare. vt p3
in. c. ex publico. de ꝯuer. ꝯiu. ſec⁹ in mr̄imonio
ꝯſummato int̃ fideles de q̄. s. mr̄imoniū. iij. i
pedimēto. x. Aut q̄ ad thoꝝ ⁊ cohabitatōnem
tm̄. ⁊ ſic ſepari p̄t ꝓpter. v. Primo ꝓpt̃ adulteriū
vtputa qꝛ alt̃ fornicatus ē. xxxij. q. j. dixit dn̄s
de q̄ dic vt. s. Debitū. §. vij. Scdo ꝓpter viciū
ſodomiticū ſm̄ Hug. Lau. Jo. cal. d. Anto. ⁊
Pa. i. c. marit⁹. de adul. qꝛ noīe fornicationis
intelligit̃ oīs illicit⁹ coit⁹. xxxij. q. vij. nō ſolū.
⁊ q. iiij. meretrices. q̄uis Inno. in. d. c. mari
tus. ⁊ gl. i. c. oēs. xxxij. q. vij. teneāt ꝯriū. h3 pri
mū vl̄ veri⁹. qꝛ maior i h̄ fit iniuria mr̄imonio
q̄ i alia pollutōe. Et idē poſſet dici de q̄cunq̄
alia pollutōe hita cu3 alia ꝑſona q̄litercūq̄ ꝙ
p̄t ſepari. ſecus in pollutōe quā q̄s h3 ꝑ ſeipm
ſolū ſm̄ Rod. ⁊ glo. i. d. c. oēs. Tercio ſi alt̃ q̄
rit alteꝝ trahere ad aliqd̄ aliud pctm̄ mortale
ſm̄ gl. i. d. c. oēs ſanctiones. ⁊ Inn. i. d. c. ma
ritus. ⁊ i. c. q̄ſiuit de diuoꝛ. ⁊ Pa. i. d. c. q̄ſiuit.
Q. d̄ veꝝ intellige ſi alit̃ ꝯpeſci nō pōt. Quar
to ꝓpt̃ hereſim. ⁊ ſi an̄q̄ ꝯuertat̃ itrauerit re
ligionē eēt ſine auc̄te ecc̄ie non redibit ad eū ſi
ꝯuertat̃ poſtea. ſiue hereſis fuerit notoria. ſi
ue nō ſm̄ Pa. i. c. de illa. de diuoꝛ. ſi x̄o r̄lionē
nō itrauit ꝯpellet̃ redire ad eū ſi nō ꝯuertatur
ab hereſi ſi ſine auc̄te ecc̄ie ſe ab eo ſepauit. q̄
uis alij alit̃ ſentiāt. vt no. Pa. i. d. c. de illa.
1 ¶ Sz nūqd ſit̃ i p̄dict̄ caſib⁹ ſepatio poterit
fieri ſine iudicio ecc̄ie. R. n̄. ꝙ ſi delictū ē noto
riū p̄t ꝓpria auc̄te dimittere eā nō tn̄ lucrabit̃
donationē ꝓpt̃ nuptias vl̄ dotē. ſm̄ Jo. an. in
c. plerūq̄. de dote poſt diuoꝛ. re. ſi n̄ h3 penes
ſe. qꝛ petere nō poterit. ſ3 ſi h3 penes ſe p̱ excе
ptionē adulterij lucrabit̃ ꝯ petentē ſm̄ Pa. in
d. c. plerūq̄. Si x̄o delictū nō ē notoriū. ſic ſo
lū d3 fieri auc̄te ecc̄ie q̄ ad ſepatōnē cohabita
tionis alit̃ iſtāte altero ꝯpellet̃ cohabitare. ſ3
q̄ ad redditionē debiti p̄t ꝓpria auc̄te denega
re. Ex q̄ ſibi ꝯſtat de delicto alterius. Faciunt
no. i. d. c. plerūq̄. ⁊ in. d. c. gaudemus.
¶ Quō dicet̃ notoriū. vid. s. adulteriū. §. viij. 2
¶ Utꝝ ſepati ꝓpter ſpūalē fornicationez ſint 3
abſoluti a debito reddendo. ſic ſepati ꝓpt̃ for
nicatōem carnalē. R. ꝙ ſic ſm̄ Ho. ⁊ Pa. i. c.
q̄ſiuit. de diuoꝛ. Q. d̄ intellige q̄ ad eū q̄ eſt ino
cens. ſ3 q̄ ad eū q̄ culpabilis ē. quātūcūq̄ ſnīa
diuorcij ſit lata. ſiue ꝓpter fornicatōnem ſpūa
lem ſiue carnalē ſi innocēs petit eū ſibi recōci
liari d3. ⁊ ipe tenet̃ ſibi reddere debitu3. qꝛ qd̄
fauore meo introductū ē nō d3 retorq̄ri in dā
nū meū. l. ꝙ fauore. C. de legi. niſi itraſſet reli
gionē vl̄ ſuſcepiſſet ſacros ordīes qꝛ nō poſſet
repetere. nec alt̃ teneret̃ reddere. h̄ ſeq̄t Ber.
in. c. l̄ris tuis. de diuoꝛ. ⁊ Ho. ibidem.
¶ Quinto ſepatur ꝓpter ſanctimonia3. Pro 4
cuius declaratione plura ſunt querenda.
¶ Utꝝ ābo ꝯiuges poſſint vouere ꝯtinentiā
R. ꝙ ſic de cōi cōſenſu. de q̄ dic vt. s. Mrimo 5
niū. iij. impedimento. v. §. v.
¶ Utꝝ alt̃ ſolū poſſit vouere caſtitatē ſine cō
ſenſu alteri⁹. R. ꝙ ſic i ſuū p̄iudiciū. ſ3 nō alte 6
rius. vn̄ poſt votū exigere nō poterit ſine pec
cato mortali ſed bn̄ reddere tenet̃ ⁊ eēt exigere
qn̄ redderet ſe nimis onerosum alteri nō petē
do. fac̄. c. q̄dā itrauit. ⁊ qd̄ ibi no. d̄ ꝯuer. ꝯiu. 7
¶ Quid ſi alter ꝯſenſit vt alter voueret ſtatu
nō mutato. R. n̄. ꝙ ꝯſentiens nihilominus po
terit exigere ſm̄ Inno. ⁊ ſeq̄tur Pa. in. c. j. de
ꝯuer. ꝯiu. ſi ipe ꝯſentiēs nō vouit. ⁊ ille q̄ vo
uit tenet̃ reddere. ſed nullo mō exigere. eēt ſi nō
exigendo eēt onerosus alteri. qꝛ ꝯcedendo licē
tiam in hoc ſibi preiudcauit.
Sed nūquid poterūt mutare ſtatū. puta effici 8
religioſi. vel alter ordinari. R. n̄. vt colligo ex
Pa. in. d. c. j. Aut hoc ꝓcedit ex cōi conſenſu.
Et tūc ſi alter vult effici ep̄s req̄rit̃ ꝙ vxor p̱
us ſit ꝓfeſſa in aliquo monaſterio. etia3 ſi non
ſit ſuſpecta de incōtinentia. vt in. c. ſane. de cō
uer. cōiug. Eſt em̄ ſpāle hoc. Si x̄o nō vult ef
fici' ep̄s. ſ3 ſubdiaconus. diaconus vel p̄ſbiter
aut religionē intrare tūc pōt de cōſenſu alte
rius ptīs q̄uis altera ps nō voueat cōtinētiā
facit. c. ſignificauit. ⁊ qd̄ ibi no. de ꝯuer. cōiu.
licet non debeat quis ordinari ad ſacros ordi
nes vel recipi ad religionē. niſi vxor faciat vo
tum ſimiliter caſtitatis. vt in. c. cum ſis. de cō
uer. cōiuga.

9 ¶ Sed pone ꝙ cū conſenſu alterius vir ſit fa‑
ctus religioſus vł ſacerdos. nūqd ille qui con
ſenſum dedit poterit aliū repetere. R. ꝙ i hoc
ſunt opiniones. Abbas in. d. c. j. Inno. in. d.
c. qdā. tenet ꝙ ſi ē iuuenis poterit. ⁊ ad eiꝰ pe
titionē dꝫ ingreſſus vł ordinatꝰ reuocari. cal.
tenet ꝙ nō poterit ipm repetere. ſed bn̄ implo
rare officiū iudicis. ⁊ iudex ex officio ne adul‑
teriū ꝯmittat̄ ꝑ remanentē in ſeculo educet al
terꝫ de monaſterio vel ordine. ⁊ coget reddere
debitū. Alij voluñt. ⁊ hoc magis mihi placet. ꝙ
ſi ille q̄ dedit lniam ē iuris cōſcius ꝙ nō pote‑
rit repetere. nec ex officio ei reſtituet̄. quia dan
do licentiā taliter mutandi ſtatū vī̄ vouiſſe ca
ſtitatē. ſaltē durante vita alterius. qꝛ qui vult
vnū videt̄ velle ⁊ omne illud ꝑ quod ꝑuenitur
ad illud. c. prudentiā. de offi. deleg. Facit. c. vi
dua. de regula. Sed ingreſſus alterius non de
bet fieri niſi alter voueat ꝯtinentiā. vt in. c. cū
ſis. de cōuer. cōiuga. ergo dando licentiā vide
tur vouere. Si ꝓo iſtud ius ignorauit ſic reſti‑
tuetur ei ſaltem ex officio. hoc tenet glo. in. c. q̄
vxorem ſuam. xxxiij. q. v. ⁊ in. c. ſeriatim. xxxij.
di. ⁊ ſm eā cōcorda opiniones.

10 ¶ Quero nūquid iſte reſtitutus poſt mortem
vxoris vel alterius ptis teneat̄ redire ad mo‑
naſteriū. R. n̄. ꝙ ſic. qꝛ eſt vere religioſus. ex q̄
vxor conſenſit. facit. c. ex pte. el pmo. de cōuer.
cōiuga. ⁊ quod ibi no. bal. Idem dic de ordi‑
nato ad ſacros ordines ꝙ tenet viuere caſte. ⁊
clericaliter.

11 ¶ Quid ſi quis intrat religionem. vel accipit
ordines ſacros vxore ꝯdicente vel ignorante.
R. ꝙ vxor poterit eū reuocare. d. c. qdā. ⁊ ipſe
tenet̄ ſibi debitū reddere. ſed nō poterit exige
re. niſi quādo nō exigēdo efficeret̄ nimis one‑
roſus alteri parti. vt dictū ē. s.

12 ¶ Pone ꝙ vxor ſciuit ⁊ nō cōtradixit nec licē
centiā dedit. ſed diſſimulauit. nūquid reuoca‑
re poterit. R. ꝙ ſic. vt no. in. c. cōſuluit. de con
uer. cōiuga. Idem dic ſi cōſenſit ex timore iu
ſto. vt in. c. accedēs. eo. ti. Idem dic ſi per do
lū conſenſit. c. veniens. eo. ti.

13 ¶ Pone ꝙ vir vxore ꝯdicente vel diſſimulāte
intrauit vel ordinatus ē in ſacris: ⁊ eū vxor n̄
repetijt in vita ſua. lꝫ potuiſſꝫ poterit ne talis
poſt mortē vxoris exire. ⁊ aliam accipe vxorē
R. ſm Cal. ⁊ ſequitur Pa. in. d. c. j. non quia
cauſa ceſſante q̄ inualidabat eius igreſſuꝫ ceſ‑
ſat ⁊ ſeq̄la. Et ſic tene. ꝙ̄ꝙ̄ Inno. in. d. c. qdā
multū variauerit.

¶ Sed nūqd ſi talis reuocet̄ ab vxore ipa mor
14 tua tenebit̄ redire ad monaſterium. vel viuere
clericaliter i caſtitate. R. ꝙ q̄ ad illū q̄ ſacros
ordines recepit nō ē dubiuꝫ ꝙ tenet̄ viuere in
caſtitate. ⁊ ſi ꝯheret de facto cum alia nō tene
ret mr̄imoniū. vt in. c. vnico. de voto li. vj. Sꝫ
de illo q̄ ſolū religionē ꝓfeſſus fuit eſt opinio
diuerſa inter docto. Sed ego credo ꝙ nō tene
tur redire qꝛ obligatio ſemel extincta nō reui‑
uiſcit. l. ſi res. §. aream. ff. de ſolu. ſed ſolū caſte
viuere. qꝛ eam quantū in ſe fuit potuit valide
promittere. Et ſm hanc diſtinctionem potes
concordare doc. in. d. c. quidam. Et ita limita
⁊ intellige. d. c. quidam.

¶ Quid ſi talis non ſolum non vult redire ad
religionē. ſed de facto mortua pma vxore ꝯxit 15
cū alia. R. n̄. ꝙ lꝫ. do. Anto. in. d. c. qdā. teneat
tutius eſſe dicendū ꝙ nō teneat mr̄imoniū tn̄
mihi vī̄ ꝙ ſit tutius tenere ꝙ teneat ſi fuit re‑
uocatus ab alia vxore. Rō qꝛ vt mr̄imonium
nō teneat oportꝫ votū ſit ſolenizatū ꝑ ꝓfeſſio
nem tacitā vel expſſam vni de religionibꝰ ap‑
probatꝫ. vt in. d. c. vnico. lꝫ iſte nō fuit ꝓfeſſus
qꝛ votū fuit nullum quo ad ius poſitiuū. qꝛ pa
ria ſunt non ꝓfiteri ⁊ inualide ꝓfiteri. ar. c. ij.
de tranſla. pla. Itē vī̄ tex. ꝓ h̄ in. d. qdam. vbi
nō cōpellit̄ redire ad monaſteriū. ſicut facit in
c. ex pte. el primo. eo. ti.

¶ Vtrū ſpōſa violēter cognita a viro poſſit i 16
trare religionem ipo inuito. R. Pa. in. c. vex.
de cōuer. coniug. ſequitur opi. Her. brixi. qui
tenet ꝙ poteſt. qꝛ nō videt̄ cōicaſſe corpus ſuū
ex quo inuite fuit cognita. Facit. c. ille autem.
xxxij. q. v. Poſſet dici eē verū hoc. vbi illa non
fuit i culpa tardatōnis ingreſſus. vbi aūt fuit
in culpa nimis tardando ingreſſum ſic nō poſ
ſet intrare. qꝛ ille exegit quod ſibi debebat̄. et
ſic eſt extra culpam. Et ſm hanc diſtinctioneꝫ
concordari pn̄t opiniones quas recitat Io.
an. in regula. q̄ contra. de reg. iur. li. vj. in mer‑
curialibus. ⁊ ſm hoc etiā oportet dare vnā li‑
mitationē ad. c. ex publico. de ꝯuer. ꝯiug. vt vi
delicet intelligat̄ qđ deus ꝯiūxit. ſ. ꝑ carnaleꝫ
copulā volūtarie habitā. vel ex debito extortā
⁊ eſt ſingularis. Attn̄ ego hoc nulli conſulerē
ſed potius iudicarem mr̄imoniū cōſummatuꝫ
ita ꝙ alter alteri mr̄imonialiter coniungi non
poſſit altero viuēte. cui ſic carnaliter fuit copu
latus. Io. ⁊ Rod. tenent ꝙ ſi ſponſa erat de
futuro. ꝙ poterit. ⁊ placet quia eſt verum. nec
habet dubium.

¶ Vtrū mr̄imoniū nō ꝯſummatū iter fideles
legitime contractuꝫ ſit diſſolubile. R. n̄. ꝙ aut 17
fuit contractuꝫ in etate indebita. ſ. infra ānos
pubertatis. ⁊ ſic cū ꝑuenerint ad etatē debitā

ſi alter eoꝝ vult diſſolueṫ. vt ī. c. acceſſit. de de
ſpō. impu. Et idē dic ſi ſolum alṫ erat in etate
debita ꝗ cū ꝑuenerit ad etatē poterit diſſolue
re. veꝝ ē ꝗ h̄ dꝫ fieri auctē eccie. vt no. gl. ī. d.
c. acceſſit. Aut fuit ꝯctū in debita etate. ⁊ tunc
ſi alṫ vult ſolū ꝓmoueri ad ſacros ordines nō
p̄t nec diſſoluitur mr̄imoniū. vt cōiter teneṫ in
d. c. j. Aut vult intrare religionē. ⁊ ſic p̄t ⁊ diſ-
ſolui mr̄imoniū ſtatim p̄ ꝓfeſſionē factaꝫ. ita
ꝗ alter q̄ remanſit in ſeculo libere p̄t ꝯhere cū
altero. ſꝫ añ ꝓfeſſionē nō. vt in. c. veꝝ. ⁊ in. c. ex
p̄te. el. ij. de cōuer. cōiu. ⁊ intellige p̄ profeſſio-
nem tacitā vl' expſſam factā ⁊ vni de religioni
bus approbatis aliṫ nō diſſoluiṫ. vt ī. d. c. vni
co. Ex quo infert Pano. in. d. c. ex p̄te. el. ij. ꝗ
licꝫ ſponſus efficiaṫ mantellatus vel de tercio
ordine nō diſſoluiṫ mr̄imoniū. qꝛ lꝫ ſit modus
approbatus. nō tñ religio. Similiter nō diſſol
uiṫ p̄ ingreſſum ſolū religionis approbate. niſi
vt dixi tacite vel expſſe ꝓfiteaṫ. Vñ ſi q̄s ītra
re vellet ⁊ nō profiteri nō poſſet altero inuito
Aduerte tñ ꝗ ſunt q̄daꝫ mulieres de tercio or
dine ſancti Frāciſci q̄ viuūt collegialiter ⁊ ꝓ-
fitentur tria vota religionis ex cōceſſione apo
ſtolica. Et ideo talis ꝓfeſſio bñ diſſolueret ma
trimoniū nō cōſummatū. ſic declarauit Sixt⁹
papa. iiij. ſiue an te ſit cōtractū. ſiue poſt dictā
ꝓfeſſionem contraheret.

18 Et qꝛ ſepe a doc. ⁊ in ſacra ſcriptura fit mē
tio de ꝯiūctis p̄ ꝓpria noīa vt ipa quiſqꝫ intel-
ligat ſub breui cōpendio inferius clare demō
ſtrabo. Nurus dr̄ vxor filij p̄ri et mr̄i viri ſui.
Gener dr̄ vir filie p̄ri ⁊ mr̄i vxoris ſue. Socer
dr̄ p̄dict⁹ p̄r. ⁊ ſocr⁹ p̄dicta mr̄ dictꝫ nuru ⁊ ge
nero. Nouerca dr̄ ſecūda vxor filijs ex alio ma
trimonio viri. Vitricus dr̄ ſecundus vir filijs
ex alio mr̄imonio vxoris. Priuigni ⁊ ꝑuigne
dicūtur p̄dicti filij ⁊ filie alteri copulato. Pa
truus ⁊ amita ſunt fraṫ ⁊ ſoror p̄ris. Auūcul⁹
⁊ matertera ſunt frater ⁊ ſoror mr̄is. et iſtis ſi
addiṫ magnus ſunt fraṫ vel ſoror aui vel auie.
Patrueles ſunt filij duoꝝ fratrū q̄ habēt etiā
patruū ⁊ amitā. Cōſobrini ſunt filij duaꝝ ſo-
roꝝ inṫ ſe q̄ hñt etiā auūculum ⁊ materteram.
Amitini ⁊ amitine ſunt filij fr̄is ⁊ ſororꝫ inṫ ſe.

Medicus tripl'r poteſt eſſe in culpa de
morte infirmi. Primo ā̄te factū. ſ. qñ
intromittit ſe de eo q̄d ignorat. vel ad
ipm nō ſpectat vel nō ſufficit ad agendū ſolus
Secūdo in facto. qꝛ lꝫ peritus. nō tñ ſequitur
traditiones artis. ſed fantaſiā ſui capitis vel
experimenta noua. Intellige niſi experimēta
noua. vel ſua fantaſia ſit rōnabilis qꝛ liceret.
Tercio poſt factum quando eſt neglig
ca cuſtodiā infirmi. ita no. bar. Inno.
in. c. tua. de homi.

Vtrꝫ euentus mortalitatis debeat
imputari. R. ꝗ nō ſi diligentiā quā de
potuit exhibuit. ff. de of. p̄ſi. l. illicitas. §.
ti. vide. s. Homicidiuꝫ. ij. §. xviij. Et aduerte ꝗ
medicus teneṫ in foro aīe nō ſolū qñ volunta-
rie ledit. puta ꝓlongādo infirmitatē ⁊ hmōi.
ſed etiā qñ ex ignorātia vel impitia. vel nō ſe
quens traditōes artis aliquē leſit. vt no. Pe.
in aut. ſed hodie. C. de iudi. nā impitia medi-
ci culpe annumeraṫ. l. ſi quis fundū. §. celſus.
ff. locati. ⁊ l. impitia. ff. de re iudi. et in gl. j. q.
iiij. nō ē imputāda. Limitat hoc Pa. in. c. ad
aures. de eta. ⁊ quali. veꝝ qñ aſſumpſit officiū
voluntarie. Secus ſi ex neceſſitate qñ ex igno
rantia ⁊ impitia ledit. vtputa vtiṫ aliq̄bus ex
p̄tis al's ⁊ bona fide. qꝛ ſibi imputet q̄ talē ele
git ex quo dicebat ſe impitum.

Quid ſi dubitat medicinam nociuā. R. ꝗ 2
nullo mō dꝫ dare. ſꝫ tutiorē p̄tē eligere de p̄e
ſump. c. illud. de homi. c. petitio. qꝛ ſecurius ē
hoīem relinq̄re in manu dei q̄ꝫ medicinas da-
re de q̄bus dubitat ſm Inno. ī. c. tua nos. de
homi. ⁊ ibi Pa. Et intellige cū ī dubio qñ nō
hꝫ aliq̄d ex q̄ ꝓbabilius extimet ꝓfecturā q̄
nociuā. Sec⁹ ſi hēret aliquā ꝓbabilitatē po⁹
de vtilitate q̄ꝫ de nocumēto. qꝛ ſic poſſet dare
adhibita debita diligētia ⁊ ſtudio. q̄ſi ſic non
ꝓprie ē in dubio ſed in opinione vl' titubatione

Vtrꝫ ſit in culpa medicus qñ medicinaꝫ ſm 3
arte dedit. ſed ex defectu ſpēꝝ vel admixtione
alia fit nociua. R. ꝗ n. ſi debitā diligētiā ad-
hibuit. c. ap'lice. de cle. ex. mi. ſm Inno. ⁊ Ex.

Vtrꝫ cirugic⁹ incidēs aliquē q̄ ꝓpter incō-
ſuetā diſpōem venaꝝ. vl' qꝛ ꝓpter īſolitū tio 4
rem vel tremorē q̄ venit ſup eū mortu⁹ ē ſit in
culpa. R. ꝗ nō ſi debitā diligētiaꝫ adhibuit.
⁊ erat peritus. ar. c. ex l'ris. de frig. ⁊ male. ⁊ h̄
veꝝ ſi non dubitabat de h̄. qꝛ ſi dubitabat de-
buit omittere. vt no. Inno. ⁊ Hoſt. ne cle. vel
mo. c. ſententiam. ⁊. d. c. tua nos.

Vtrū medicus teneaṫ gratis curare. R. ꝗ 5
ſic. ſi eſt paup̄ infirmus. ſm glo. lxxxiij. diſ. §. j.
Si xp̄o diues ē nō teneṫ cū nemo cogaṫ de ꝓ
facere bñficiuꝫ. x. q. ij. precarie. ⁊ licite recipit
mercedē ſuā. xiiij. q. v. c. nō ſane.

Sed quid ſi infirm⁹ ſit diues. tamē ex aua-
ricia non vult ſoluere medico. debet ne medi- 6
cus eū mori p̄mittere. R. ꝗ nō. ſed debꝫ ei me
dicinas ⁊ alia nccr̄ia facere ſuis expenſis ⁊ s
poſtea repetere poterit cū ſan⁹ effectus fuerit

q: vtiliter geſſit negociū eius.ff.de neg.geſ.l.
pōponius. et ſi moriat̃ repetet ab heredibus.
q: ſufficit ſi vtilit̃ cepit gerere.lꝫ euentus non
ſit ſecutus.l.ſꝫ an vltro.ff.de neg.geſ.nec p̄t ei
obijci ꝙ cā pietatꝭ h̃ fecerit.niſi ſit ei ꝓpīquus
vt.l.alimēta.C.de neg.ge.q: tūc oportet ꝓte
ſtat̃ ꝙ gratis nō intendit h̃ facere.al's nō repe
teret.d.l.alimenta.no.hoc glo.in.d.§.j.
7 ¶ Vtrū peccet mortalit̃ medicus cōſulendo
aliq̃d ꝯtra aīam ꝓ ſalute corꝑali.R n̄.ꝙ ſic.⁊
ne hoc faciat prohibetur ei ſub pena excōicati
onis.in.c.cum infirmitas.de pe.⁊ re.
8 ¶ Vtrū ſimiliter peccet mortaliter ſi nō ad-
monet infirmū vt cōfiteat̃.R.ꝙ ſic.q: facit ꝯ̃
p̄ceptū.vt in.d.c.cū infirmitas.nec p̄t dici ab
rogatū ꝑ ꝯ̃riā ꝯſuetudinē.q: nō ꝯſuetudo.ſed
corruptela ē ⁊ ꝯ̃ bonos mores.⁊ ideo nō valet
ſm Ho.in.d.c.cū infirmitas.Excuſaretur tñ
medicus in caſu repentino qui indiget celeri
remedio q̃ nō añ ipm infirmū induceret ad cō-
feſſionē.Et aduerte q: nō ſufficit admonere.
ſꝫ dꝫ inducere cū effectu.vt j.d.c.no.nihilomi-
nus ſi infirmus nollet ꝯfiteri nō credo ꝓpter h̃
medicus debeat deſiſtere a medicamine.quia
intelligendū ē moneas ⁊ inducas effectualit̃
quātū ex ꝑte medici.ſicut ⁊ j.c.fi.de eo q̃ cog.
con.vx.ſue.Facit.l.ſtipulatio iſta.ff.de.verb.
obli.non ex ꝑte infirmi.q: ſi dimitteret eū for
te moreret̃ deſꝑatus q̃ ſanatus poſtea poterit
cōuerti.⁊ ſic p̄ceptū eccleſie videret̃ ꝯ̃ p̄ceptū
dei de caritate ꝓximi.qđ nullo mō credendū
ē.Facit tex.cū glo.ꝑ hoc.lxxxiij.di.in pn.
9 ¶ Sed nūquid ad hoc tenet̃ medicus in omni
infirmitate.R n̄.ꝙ non.ſaluo meliori iudicio.
ſed ſolum infirmitate ꝑiculoſa ſm ſe.Rō q: ſi
cut infirmus nō tenet̃ ꝯfiteri de neceſſitate p̄-
cepti in omni infirmitate.ſed ſolū qñ eſt peri-
culoſa.ſic nec medicus tenetur eum inducere.
ſꝫ ſit optimū ꝙ medici inducant in omni infir
mitate.Et dico periculoſam.i.q: poſſet ꝓba-
biliter inducere ꝑiculū mortis.ſecus qñ ē cla-
rum ꝙ non ē ꝑiculoſa.
10 ¶ Vtrū infirmus teneatur obedire medico.
R.Inno.⁊ Ho.in.d.c.tua.ꝙ nō de p̄cepto.
ſi tñ infirmus accipit aliq̃d.vel fac̃ ex certa ſci
entia vel ex affectata.vl' improbabili ignoran
tia.ꝓpter qđ notabile malū icurrit peccat mor
taliter.ar.c.ſi nō ſꝫ.xxiij.q.v.Idē dic de ſerui
entibus q̃ ei aliq̃d adminiſtrāt tale.Secus ſi
non eēt notabilit̃ leſiuū q̄uis aliqualit̃ modi
cū.tñ q: aliqñ ſitis magis cruciat q̄ꝫ febris.et
int̃ duo mala min⁹ eligendū ē.xiij.di.duo.Et
ſi ex tali adminiſtratione mors ſeq̃retur vl' mu-
tilatio membri eēnt ſeruientes irregulares.ſe
cus ſi ex leui ignorātia vel culpa hoc fecerūt.
¶ Vtrū ars medicine ſit ꝓhibita clericis ⁊ re 11
ligioſis.R.clericis i ſacris.religioſis ⁊ cleri
cis in minoribus bñficiatis.nō lꝫ vti niſi gra
tis.⁊ vbi periculū non imminet.ne cle.vel mo.
c.multa.Cirugiam do q̃ indiget inciſione vel
aduſtione cum ſanguinis effuſione.ſm Ber.i
c.ad audientiā.de falſa.omnino exercere non
poſſunt.q: ſimpliciter eſt eis interdicta.c.ſen-
tentiam.c.ſuper ſpecula.ne cle.vel mo.de ho-
mi.tua nos.de poſtu.c.j.
¶ Vtrū medicus teneat̃ nūciare mortē infir- 12
mo quā p̄noſcit cito venturā.R n̄.Jo.de nea-
poli in quoli.xj.diſtinguit ꝙ aut probabiliter
credit ꝙ talis p̄nūciatio erit multū vtilis ani-
me infirmi.vtputa quia cōfitebit̃ cū ſit in pec-
cato mortali ⁊ ordinabit teſtm̄.ex q̃ euitabūt̃
multe lites.⁊ ſic tenet̃ ꝑ ſe vel ꝑ aliū ei manife
ſtare aliter peccat mortaliter.q: damnificat ꝓ
ximū indirecte.cū nō impedit damnū eius cū
pōt.Idē dic ſi ē in dubio an ſit vtilis vel non
Nō ſi ꝓbabiliter credit ꝙ talis annunciatio
non erit vtilis infirmo.puta q: iam ordinauit
facta ſua.ſed forte erit potius damnoſa corꝑi
tūc non tenet̃ ei dicere de neceſſitate p̄cepti.lꝫ
ſit melius dicere q: melius ſe diſponet ⁊ bonū
aīe ſp̄ ē ꝑponendū bono corꝑis.
¶ Vtrū medicus poſſit ꝓmoueri.R.ſi peritus 13
erat ⁊ nihil omiſit de cōtingētibus ſm ꝓbabi
litatē ſue conſcīe pōt ꝓmoueri.al's nō.de eta.
⁊ quali.c.ad aures.ff.de vari.⁊ extraor.cogn.
l.⁊ ſi medicus.cōcor.Inno.⁊ Ho.
¶ Vtrum medicus q̃ conuenit pro.x.ducatis 14
cum citio liberare eum de aliqua infirmitate.
puta quartana ⁊ huiuſmodi.⁊ liberat eū.ſed
ꝑ modicū tempus citius reincidit in eandē in-
firmitatem teneat̃ iterꝫ ꝓ illis.x.eum liberare.
R n̄.vr̃.ꝙ ſic.q: nō extinxit infirmitatem.ſed
ceſſare fecit anguſtiā ipius.Item q: nō vide
tur curaſſe.cū vitioſe curauit.Item q: verba
cū effectu ſunt accipienda ꝙ ideo debet intelli
gi cū curaret ꝑfecte.In cōtrariū videt̃ ꝙ nō
teneat̃.quia de preſenti infirmitate tantū vi-
detur cogitatū.⁊ ideo ſoluto eo quod debetur
ſublata eſt obligatio in perpetuū.quia in infi
nitum nō debet obligari.nam infirmitas eui-
tatur.ff.loca.l.martinus in glo.Sed tu dic ꝙ
aut redijt ex culpa infirmi.⁊ ſic nō tenet̃.l.qđ
q̃s ex culpa.ff.de re.iur.Si nō ex culpa infirmi.
tūc aut ſtatim redit.⁊ ſic tenet̃ q: nō videt̃ eū
liberaſſe.aut ex interuallo.⁊ ſic nō tenet̃.vt.ff.
de re.iur.l.quicquid.

Membrum proprie quid ſit. vide. s. Homicidiū.v.§.vj. Et ideo ī ſtatutis ita accipit̄. niſi aliud appareat de mē teſtatuētis. vt no. bar. in. l. ij. ff. de publi. iudi.

Mendacium ſm Aug. ē falſa vocis ſignificatio cū intentione fallendi. xxij. q. ij. §. ille ergo.

1 Que differentia ē inter mendaciū ⁊ falſuȝ. R̄n. ꝙ mentiri ē ꝯtra mentē ire. Vn̄ ille q̄ dic̄ qd̄ putat aliud ſiue illud ſit veruȝ. ſiue falſum mentit̄. c. is aūt. ij. q. ij. Falſum ꝟo pōt quis dicere ſine mendacio cū. ſ. credit veꝝ qd̄ tn̄ nō ē. ⁊ ſi debitā adhibuit diligentiā non peccat. ꝙ ſi nō. peccat venialiter. vt in. c. hoīes. xxij. q. ij. niſi in caſu in q̄ teneret̄ debitā diligentiā adhibere. puta in actu teſtificādi. vbi imminet notabile dānū proximo. vel in iudicio q2 ſic eſſet mortale. vel cū vult iurare. xxij. q. ij. c. animaduertendum.

2 Quot ſunt genera mēdacioꝝ. R̄. ſm Aug. in. c. pmū. xxij. q. ij. ꝙ ſunt octo. Primū in doctrina religionis xpiane. ⁊ ſm Alex. ī ſe. ſe. religio hic accipit̄ neduȝ pro eo ꝙ nos religat ad ea q̄ ſunt fidei. ſed etiāȝ ꝓut religat ad bonos mores. q2 ī his duobus ꝯſiſtit religionis xpiane ſumma. Secūdū ē vt aliquē ledat iniuſte ī corꝑalibus cū nullius vtilitate. ſicut falſus teſtis ī cā criminali. Terciū ē qd̄ alicui nocet. ſȝ tn̄ alteri ꝓdeſt. vt teſtimoniū in cā pecuniaria Quartū ē qd̄ fit ſola mentiendi vel fallendi libidine. vt cū delectat̄ in aſtutia mendacioꝝ cōpoſitōne nō hn̄s reſpectū nec ad nocendū. nec ad adiuuandum alicui. ſed ſolū q2 placet ſibi. Quintū ē qd̄ fit placendi cupiditate. vt mēdaciū adulationis. Sextū ē ꝙ nulli nocet ⁊ alicui ꝓdeſt. ſ. ne pecunia ſibi auferat̄. indebite vel iniuſte ledat̄. Septimū eſt quod ſimilit̄ alicui ē vtile ad corpus. ſ. vt mortē euadat. Octauū eſt quod ſimiliter ꝓdeſt alteri. vt ꝟginitatem ſeruet. Sed ſm Alex. vbi. s. ⁊. ſ. Ho. ī. iij. di. xxiij. ⁊ Ri. ibidē. Mendaciū habet ꝓ ſuo formali cōpletiuo intentioneȝ fallendi. ⁊ ideo ſm intentionē mentiētis diuerſum erit mēdaciū in ſpecie. Si eñ intēdit ſolū ꝓdeſſe. ſic erit mendaciū officioſum. Si delectare. ſic ē ocioſum. Si ledere ſic ē ꝑniciosum. Pernicioſum cōtinet tres ꝑmas ſp̄ias. q2 aut in ſpūalibus ⁊ ſic ē primū. Aut in corꝑalibus. ⁊ ſic ē ſecundū. Aut in tempalibus. ⁊ ſic ē terciū. Officioſum ꝯtinet tres vltimas ſpēs. ſ. ſi in tꝑalibus Sic ē ſextū. Si in corꝑalibus. ſic ſeptimuȝ. Si in ſpūalibus. ſic ē octauū. Ocioſum continet quartā ⁊ q̄ntaȝ ſpēm. q2 aut vult delectare ſeipm. ⁊ ſic ē q̄rtū. Aut alteꝝ. ſic ē q̄ntū. Primū iſtoꝝ ē grauius ⁊ vltimū leuius.

Utrum offic̄ mendaciū ſit pctm̄. R̄. ꝙ ſic. c. ſup eo. de vſuris cū ſimilibus: ⁊ etiaȝ mortale pctm̄ ē ſm. ſ. Ho. Ale. ⁊ Ri. vbi. s. Primo rōe ſue ſpēi. ſiue ꝑ ſe ⁊ ſic tantuȝ tres ꝑme ſpecies ſunt peccatū mortale. vn̄ q̄cūqȝ mentit̄ contra veritatem diuinā cū mendacio occultādo vel corrūpēdo peccat mortaliter. Similiter circa ea quoꝝ cognitio ꝑtinet ad hoīs bonū. puta ad ꝑfectionē ſcie ⁊ in formicationeȝ morū erit mortale. q2 ꝯ caritatem dei ⁊ ꝓximi. Secus ſi eēt circa aliq̄d qd̄ nō refert ad ſalutem vtrum ſic vel ſic cognoſcat̄. q2 eēt veniale. Idem dic ꝙ ē mortale qn̄ ē in nocumentū corꝑis ꝓximi. vel reꝝ de aliquo alicuius importātie etiam ſi alteri ꝓdeſſet. ſecus ſi in damnuȝ alicuius rei minime. q2 nō eſſet ꝯ caritatē. ⁊ ideo veniale. Secūdo ē peccatū mortale ꝑ accidēs. Et hoc duplr̄. Primo rōne intentionis puta q2 ita afficit̄ ꝙ nō curaret offendere deū vel ꝓximum notabilit̄. q2 ꝑponit mendaciū caritati dei ⁊ ꝓximi. multomagis ſi intendit dicendo mendaciū iniuriare deū. vł ledere notabiliter ꝓximū. etiāſi nō ledat peccat mortalit̄. Secūdo rōne ſcandali. vt cū q̄s dicens mendaciū ꝓbabilit̄ ſcandalū ſequi aduertit. tn̄ nō curat ſed dicit mendacium ⁊ peccat mortaliter. Et in hoc cōcordant cōiter theo. in. iij. di. xxxviij. Additur ⁊ terciū ex quo fit mortale. ſ. cuȝ. dr̄ in iudicio. Vn̄ ſm Duran. omne mendaciū preter iocoſum qd̄ in iudicio dicit̄ de his q̄ ad iudiciū ꝑtinent ē mortale. q2 ſubuertit veritatem iudicij. qd̄ cedit in ꝑniciem vniuerſitatis. ⁊ placet qn̄ dr̄ de eo de quo tenetur dicere veritatē. alr̄s nō ⁊ qn̄ ſit habes. s. Cōfeſſio delicti. ⁊. s. Furtū. §. xxvij. ⁊. j. teſtis. §. xxvj. Additur ⁊ quartum ex quo efficit̄ mortale ſm Ho. ſ. rōne cōteptus ſcȝ cū quis pro nihilo habet dicere mendacia iocoſa ſicut vera. ſicut faciūt ioculatores. ⁊ ſimiles. ar. xxv. di. §. alias ea demū. Q̄d limito veꝝ quando etiam ſi eſſet mortale nollet abſtinere. aliter nō. ⁊ ſic incidit cū primo. Additur ⁊ q̄ntum ſm alios. ſ. rōne ꝑfectionis. ſed iſtis nō aſſentio. niſi vel quando ꝑfectio eſt talis ꝙ obligauit ſe voto vel iuramento in nullo caſu mentiri. vel rōne ſcandali. vt dictuȝ eſt. Et ita cōmuniter tenent doctores. Facit qd̄. s. dixi. Circūſtantia. §. iiij. In alijs autē caſibus cōmuniter eſt veniale peccatū. niſi cōſcientia eis dictaret ꝙ eſſet mortale. quia ſic eſſet eis ſi cōtra tale dictamē dicerent mēdaciū peccatum mortale. 3

4 ¶ Vtrū pdicatoꝛ vel doctoꝛ ſp peccet moꝛtaliter mentiēdo. R. Pe. in. iiij. di. xxxviij. ꝙ nō. niſi ſcandalū vel cōtemptus doctrine ſit āne/xus qꝛ ſi hoc ſciens mētitur peccat moꝛtaliter Similiter ſi diceret cōtra id qđ eſt faciendum ex neceſſitate. ſecus ſi ex conſilio niſi rōne ſcandali. vt dixi.

5 ¶ Vtrū liceat ꝓ alterius vita ꝯſeruāda mentiri. R. ꝙ nō. d.c. ſup eo. ⁊ qualitercūqꝫ dicatꝰ mendaciū ſemꝑ ē peccatū ſaltem veniale. xxij. q. ij. ꝑ totū. Quidā excipiūt iocoſum. qđ pro/prie nō videtur mendaciū. qꝛ vt dr̄ in. c. ne q̄s. xxij. q. ij. non fallit. quia nouit ille cui dr̄ iocandi cā fuiſſe dictum.

6 ¶ Vtrū ſolū ſit mendaciū in verbo. R. ꝙ nō. ſed etiā in ſimulatis opibus. xxij. q. v. cauete. ⁊ ideo qđ dixi de mendacio idē dic de omni ſimulatione quā q̄s facit vt ꝓximum decipiat. ſm. ſ. tho. ſecus de ſimulatione q̄ fit ꝓpter bo/nū. de quo dic vt. j. Simulatio.

Menſa epiſcopoꝝ non debet ſplendere auro vel argento. xlj. diſ. epiſcopus vilem ſuppellectilem.

i ¶ Quid dꝫ eē ⁊ abeē in mēſa clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ. habes. s. Clericus. ij. ꝑ totum.

Menſuras Vide. s. Falſarius. §. xj.

Mercatio Vide. j. Negociatio.

Meretrix q̄ dicatꝰ. R. ꝙ illa q̄ multoꝝ libidini patet. xxxiiij. diſ. vidua. alibi dr̄ ꝙ meretrix ē cuius turpitudo venalis ē. xxxij. q. iiij. meretrices. ⁊ requiritꝰ ꝙ. xl. homines admiſe/rit. ſm glo. in. d. c. vidua. alle. c. latores. de cle. excom. mi.

i ¶ Vtrum ſit pꝛohibitū ꝯmiſceri cum eis. R. ſic. de iure diuino. ⁊ peccat moꝛtaliter. d. c. meretrices.

2 ¶ Vtrū accipiens meretricē in vxoꝛē mereatꝰ. R n̄. ꝙ ſic. ſi facit vt eā a malo retrahat. xxxij. q. j. nō ē culpandus. ſecus ſi alio malo fine.

3 ¶ Vtrū teneatur reſtituere quod acquirit ex tali queſtu. R n̄. ꝙ non. ſm Inno. in. c. qꝛ ple/riqꝫ. de immu. eccle. ⁊ cōiter docto. ſed bene de bono conſilio. niſi accepiſſet ab his qui aliena re nō poſſunt. ⁊ qui ſint. vide. s. Donatio. vel etiam ꝑ fraudē qꝛ ſic teneretꝰ.

Meritum pꝛopꝛie dr̄ actio que fit vt ei qui agit ſit iuſtum aliquid dari.

i ¶ Quotuplex eſt meritum. R n̄. ſm. ſan. Bona. in. iij. diſ. iiij. ar. ij. q. ij. ꝙ triplex. Pri/mū dicitur congrui. ⁊ iſtud eſt quando quis ex actione non habet debitum recipiendi. ſed ta/men illi cui fit decet dare. ſicut cū homo atteritur de peccato ſuo. lꝫ nō mereatur gratiam. tamen conuenit deo vt facienti quod in ſe eſt ex ſua bonitate det. Secundū eſt meritum digni. ⁊ iſtud eſt cū aliquis iuſtus rogat pro aliqua perſona que eſt in peccato. dignū quippe eſt ꝙ iuſtus exaudiatur. Tertiū eſt meritum condi/gni. ⁊ iſtud eſt quando agens habet debitū recipiēdi. ⁊ ideo cū pꝛima ratō dandi ſit amoꝛ. impoſſibile ē ꝙ aliquid poſſit ſibi facere debitū q̄ amicitia caret. ꝓpterea exn̄tes extra caritatem nō pn̄t mereri de cōdigno.

2 ¶ Vtrū aliquis poſſit mereri ⁊ demereri ī eodem actu. R. ꝙ nō quāuis actus aliq̄s ſm ge/nus nature poſſit eſſe meritoꝛius. et in genere moꝛis demeritoꝛius. vt patet. xxij. q. ij. ſi que/libet. vbi Greg. loquēs de mendacio obſtetricū dicit. Nā benignitatis earuꝫ merces q̄ eis in eterna potuit vita retribui ꝑmiſſa culpa mēdacij in terrena eſt recōpenſatione declinata.

3 ¶ Quomō aūt intentio ſufficiat ad meritū vel opera. vide. s. Intentio.

Metus eſt inſtantis vel futuri periculi mentis trepidatio. ff. qđ me. ca. l. j.

i ¶ Quotuplex eſt metus. R. ꝙ duplex. ſ. leuis. ſ. quo timet quis leue malum vel minas multas quas minās implere nō habet poſſibilitatē. Eſt ſecūdo metus pꝛobabilis ſiue gra/uis qui dr̄ iuſtus metus. ⁊ iſte ē ille qui pōt cadere in conſtantem virū vel mulierē. vt cū q̄s potens inferre minatꝰ moꝛtē aut grauem cruciatum coꝛpis. vt in. c. cū dilectus. ex̄ eo. tit. aut ſeruitutē ſeu ſtatus ſubuerſionē. puta qꝛ ſcin/det inſtr̄a vel priuilegia libertatis. vel detine/bit in carcerē aut ſtupꝛationē. vt. ff. eo. ti. l. iſti q̄dem. inſti. eo. ti. §. j. ij. ⁊. iij. Et intellige qn̄ p̄dicta vel aliqđ p̄dictoꝝ minatꝰ. nedū in pſona ꝓpꝛia. ſed etiā in pſona liberoꝝ aut vxoꝛis aut ſimiliū pſonaꝝ. vt in. d. l. iſti. in ſi.

2 ¶ Vtꝝ metus iuſtus cauſetꝰ ex impio vel ſup/plicatione regis vel dñi. R. Pa. in. c. vl. q̄ cle. vel vo. ꝙ nō. niſi ſit cōſuetus tirānice tractare nō obtēperātes ſuis p̄cibus. qꝛ tūc bn̄ cauſat. vt tenet Io. an. in. d. c. vlt. ⁊ bar. in tractatu. de tiranno. facit qđ idē bar. no. in. l. ad inuidiam. C. qđ me. cā. vbi dicꝰ ꝙ ſola reuerētia ma/riti nō cauſat iuſtū metum in vxoꝛe. niſi p̄ceſſerint mine vel ꝟbera. ⁊ idem voluit Inno. i. c. cauſam mr̄imonij. de offi. dele.

3 ¶ Vtrū metus ꝑdendi bona tpalia vel grauē iacturā in eis. puta maioꝛē ꝑtē ſit iuſtus. R n̄. Pa. in. c. abbas. ex̄ eo. ti. ꝙ ſic ſi nō pōt iuſtentari ſine illis bonis q̄ q̄s timet ꝑdere. qꝛ alibi dr̄ ꝙ ſpūalia nō pn̄t diu eē ſine tpalibus. j. q. ij. ſi quis obiecerit. ⁊ glo. in. l. aduocati. C. de

aduo.diuer.iudi.dicit no.pecuniā vitā hoīs. facit pista opi.c.pſb̃ros.l.di.⁊.l.pe.C.eo.tit. ⁊ di.c.abbas.

4 ¶ Utrū metus excōis ſit iuſtus. R. glo.in.c. olim inf.de re.ſpo.ꝙ ſic.ſ3 Jo.an. diſtinguit ꝙ aut iuſte cōminat̃ ⁊ nō excuſat.q2 culpa ſua incidit in metū.l.ſi mulier.ff.eo.ti. aut iniuſte ꝯminat̃.⁊ ſic ē iuſtus. cū grauis ſit pena inter hoīes couerſari ⁊ carere hoīm ꝯmertio.l. hi q̄ ſanctā.C.de apoſta.c.ſacro.de ſen.ex.Et hāc diſtinctionē approbāt dñi de ro. deciſione.xl.

5 ¶ Utrū timor infamie ſit iuſtus. Rñ.gl.in.l. nec timore.ff.eo.ti. ꝙ timor infamie facti non cauſat. vt puta q2 aliq̄s dicit ꝙ malū dicet de eo. ſ3 metus infamie iuris talis q̄ h3 iuris effe ctū iuſtus ē.vt in.l.nec alicuius.§.fi.ff. eo. vbi patet ꝙ deprehenſus in aliquo delicto q̄cquid facit ne ꝑdat̃ ex iuſto metu facit q2 ꝑditus pōt pati mortē vel cruciatū ⁊ hmōi.⁊ hec omnia ī tellige ꝙ cauſant iuſtū timorē qñ q̄s nō hab3 facile remediū ꝓuidēdi.q2 ſi poſſet ꝓuidere ſi bi.puta adeūdo ſupiorē vel alio mō nō ꝓuide ret non eſſet iuſtus metus ſed ſibi imputaret̃. ar.c.fi.de elec.⁊ quibus diebus.in pn̄.ff.de cō di.⁊ demon. ⁊.l.q̄ pōt facere.ff.de re.iur.⁊.c. paſtoral̃.§.ꝓterea.de of.or.qd̄ limita.vt.j.§.x.

6 ¶ Utrū metus iuſtus excuſet a peccato. Rñ. ꝙ nō a toto.ſ3 ſolū a tāto.nō tñ etiā a tanto ꝙ ſi illud ē de genere pctī mortalis.ꝙ fiat venia le.c.ſacris ex̃.eo.ti.c.ij. de homi.ij.q.j.in pri mis.q2 d3 potius q̄libet mala tolerare q̃ ma lo cōſentire decernat.xxxij.q.v.ita ne. Limita tñ p̄dicta ad ea q̄ ſunt iuris diuini.ſecus ī his q̄ ſunt pctā mortalia ex diſpōne iuris poſitiui q2 ſic excuſaret a mortali.vt patet.s. Inobe dientia in prin.

7 ¶ Utrū ꝯtractus factus ex metu iuſto ſit nul lus.R. vt colligo ex Pa.in.c.cū locū. de ſpō. ⁊ in.d.c.olim inter. ꝙ aut ꝯctus reqrit liberu3 ꝯſenſum.aut.non. Si ſic tūc ꝯctus eſt ipō iure nullus. Rō q2 l3 coacta volūtas ſit voluntas. xv.q.j.merito. tñ non eſt volūtas libera. ⁊ ſic deficit qualitas libertatis q̄ ē de ſubſtātia cō tractus ⁊ iō nullus. In aliīs aūt vbi nō reqri tur liber cōſenſus nō eſt nullus ipō iure. q2 vt dixi coacta volūtas pur volūtas ē.vt plene le gi.⁊ no.ī.l.ſi mulier.§.fi.ff.e.ti.ſ3 veniūt acta reſcindēda actione qd̄ me.cā.vl̃ officio iudicꝭ.

8 ¶ Que ſunt illa in quibus reqritur liber con ſenſus. R. ꝙ p̄mo oīa q̄ ſunt meritoria.vt pe nitētia.ꝯfeſſio.elemoſina.⁊ hmōi.q̄ ſi fiant ex tali metu excludūt meritū. ⁊ ꝑinde ē ac ſi non forent facta. Excipiūtur illa in quibus imp̄mi tur caracter.vt baptiſmus ⁊ hmōi.q2 virtute ca racteris adueniēte libera volūtate ꝯualeſcūt. ſ3 nō alia.vt ī.c.de iudeis.xlv.di. Propterea Criſo.ſup Math.xxij. Qui ſolo timore ſeruit deo penā q̄de3 euadet.ſ3 p̄miū nō acqret.q2 ñ vult deus vt timeat̃ vt dñs.ſ3 vt amet̃ vt piuſ pr̃.facit tex. Augu.de pe.di.vij.c.nullus.in fi. Quē ſero penitet inq̄t non ſolū o3 deū timere iudicē.ſ3 iuſtū diligere.non tñi penā timeat.ſ3 anxietur ꝓ gl̃ia.hec ille. Secundo mr̃imoniū. facit.c.notificaſti.xxxij.q.v.⁊.c.veniens.el.ij. de ſponſa.⁊.d.c.cū locū. Tercio dotis ꝓmiſſio vel ſolutio.in.l.ſi mulier.§.ſi dos.ff.eo.ti.q2 ſi ꝑncipale nō tenet nec acceſſoriū.de re.iur. lib. vj. Quarto iuriſdictio.vñ ꝓrogatio eius ex iu ſto metu eſt nulla.l.ij.ff.de iudi.⁊ glo.in.d.l.ſi mulier. Item electio ꝑlati p metū facta ē nul la.c.vbi piculū.§.ceteꝝ.de elect.li.vj. Quinto auctas tutoꝝ extorta p metū ē nulla.l.j.§.vl. ff.de auto.tu. Sexto abſolutio ab excōicatōe. de q̄.s.Excōicatō.vij.caſu.xviij. Septimo te ſtes teſtoꝝ.vñ ſi in vinculis tenet̃.aut ab hoſti bus nō valet.l.q̄ teſtō.ff.de teſta. Octauo vo tū.limito veꝝ quo ad metū mūdanū q̄ incutit̃ ab hoīe ad h̄ vt voueat. nō aūt q̄ ad metū aliū ꝓpter quē euadendum aliq̄s vouet q2 ſic tenet votū. Rō diuerſitatis q̃re votū teneat ex aliq̄ metu factū qñ metus nō infert̃ vt voueat ſ3 ex alio reſpectu ⁊ non pnīa ꝯfeſſio ⁊c̃. Et q2 tale votū fit pietati diuine ⁊ miſericordie quā inter pellat vt eū liberet a malo inſtāti. Et iō q̄ ñ p̄t ñ miſereri acceptat ꝓmiſſionē ⁊ ſubſidiū īpen dit.ſ3 in pnīa.ꝯfeſſione.⁊ hmōi.ñ ꝯcurrit ſolū miſcd̄ia ſed ⁊ iuſticia.vñ miſcd̄ia dei acceptat in q̄ntū ñ derogat diuine iuſticie.ſ. vt non ſint ſine merito ⁊ recōpēſatione.ſed vt ſint digna vita eterna.h̄ nō p̄t q2 derogaret dñe iuſticie q̄ nō vult niſi volūtariu3 libera volūtate ad ſe ꝯuerſu3.in.c.ſic̃ nobis.de regula. ⁊ in multis aliīs.no.gl.in.d.c.abbas.⁊.d.l.mulier.

¶ Quid de iuramento metu extorto. R.vt.s. Iuramentū.v.§.ix. 9

¶ Quid ſi quis veniat in talē metu3 ex culpa ſua. R. ꝙ non ſubuenit̃ ei nec h3. ſeu ꝯpetit ei aliqd̄ remediū.d.l.ſi mulier. in pn̄.vbi liberto ꝯmiſſio crimine ingratitudīs ⁊ timēs ne reuo cetur in ſeruitutē ꝓmittit aliq̄d dño ꝯminātī ſuituē ñ audiat̃.ſed q̄ ad ꝯſciam diſtingue.ꝙ aut talis timor p̄t iuſte incuti tali. puta q2 cō miſit crimē capitale ꝯminat̃ q̄s eū velle accu ſare ꝓpter quē timore ille dat centum. talis l3 turpit̃ accipiat pecuniā vt deſiſtat ab accuſan do.tñ reſtituere non tenet̃ de neceſſitate. ſi mō 10

Me donare potuit. Si vo timor incutitur iniu‐
ſte q̄ ad deū. puta pr̄ cōminat̄ interficere adul
terū cum filia. qđ lꝫ de iure ciuili. vt in. l. nec in
eo. ff. de adul. tamē q: nō lꝫ quo ad deū. Ideo
ex tali timore extortū non poterit tenere in cō
ſciētia. niſi in quātū ē in recōpenſationem ſui
intereſſe. puta fame leſe. ⁊ hmōi. al's nō. Facit
tex. cū glo. in. c. inter hec. xxxiij. q. ij.

11 ¶ Utrū agens certū quid ex metu ꝓſumatur
conſentire ex taciturnitate ſequentis tempo‐
ris. R. glo. iūcto tex. in. c. accedens. de cōuer.
coniu. ꝙ nō niſi interueniat aliquis actus po
ſitiuus approbatiuus primi actus. vt in. l. ij. ⁊
l. pe. C. eo. ⁊ per Inno. in. c. ſuꝑ eo. de renū. ⁊
facit. c. ad id qđ. de ſpō. vbi ſpoſa q̄ metu ꝯtrit
ſi cohabitat viro ſpōte ꝓſumitur matrimoniū
maxime ſi interuenit copula. facit. c. vnicū. de
deſpon. impu. li. vj.

12 ¶ Utrum probanti metū ex quo amiſit bona
ſua ſtetur eius iuramento circa quātitatē bo
norū. R. n̄. Pa. in. c. fi. ex eo. ꝙ ſic ſi iniuſte me
tū incuſſit. ⁊ cōtra eū qui incuſſit. ſecus ſi age‐
retur cōtra villā in cuius territorio ē factū. nā
oportet ꝓbet per alios. ⁊ poteſt adducere ſoci
os ⁊ familiares ꝓpter difficultatē probandi.
bonus tex. eſt in. l. conſenſu. C. de repu. ⁊ in. c.
veniens. el. ij. de teſti.

13 ¶ Utꝝ metus ꝓbabil' vel leuis ſit ꝗ annullet.
R. ꝙ nec excuſat. nec reſcindit. nec annullat. ⁊
dicit ille qui cadit in virū leuē. aut vecordem.
qui timet vbi timendū nō ē. ⁊ dr̄ meticuloſus.
ff. eo. l. metū. quia nō tollit actū requirentem
liberꝫ cōſenſum. vt no. Pa. in. d. c. veniens. el.
ij. de ſpon. ſed quo ad cōſcientiā dic vt. j. §. xv.

14 ¶ Utrū ille qui per metum extorſit aliquid te
netur. R. n̄. Dir. eo. ti. ꝙ ſic. ⁊ ſm leges poteſt
agi contra eum etiam quo ad penam ſi agat̄. j.
annū. ſed poſt annū nō. ſed ſolū quo ad rei ꝑſe
cutionem q: ꝑtorie actiones ſunt ꝑpetue quo
ad rei perſecutionē. ſed quo ad penā ſunt tem‐
porales. inſti. de ꝑpe. ⁊ temꝑa. ac. in. pnc. ff. de
vi ⁊ vi ar. l. j. §. ſed ſi ꝑ metum. ff. ꝙ me. cā. l. ſi
cuꝫ exceptione. §. j. ij. ⁊. iij. ſm tamen canones
etiam ad penam poſt annū quia nulla condi‐
tio temporis poteſt opponi. iij. q. j. c. reintegrā
da. ⁊ ibi per doc. ⁊ non ſolum tenetur de his q̄
habuit ꝑ talē metuꝫ. ſed de omnibus q̄ amiſit
ille cui talem intulit metū. d. l. ſi cum. §. pediꝰ.
quia metus fuit cauſa ſeu amiſſionis. d. l. ſi cū
§. in hac actione. concor. Inno. ⁊ Hoſ. in. c. fi.
eo. titulo.

15 ¶ Quid ſi metus ſit ſolū ob timorem reueren
tie. R. ꝙ datum ex tali timore eſt omnino re‐
ſtituendū. ſi datum ſit contra volūtatem dan‐
tis. Facit. l. j. §. que honorāde. ad ſi. ff. qua. re.
ac. nō da. Un̄ qn̄cūqꝫ nō adeſt volūtas dn̄i re
rū in dando niſi ex metu. acceptum ē reſtituen
dum. niſi fuerit ī culpa metus. ſm ꝙ. s. dixi. §.
x. Nec obſtat. l. vani. ff. de re. iur. ⁊. l. metuꝫ. ff.
ꝙ me. cauſa. q: loquūt̄ quo ad forꝫ ꝯtentioſum

¶ In quo differt metus a vi. R. Pa. in. d. c.
ſacris. ꝙ metus eſt vis conditionata. ſ. cum di ci
cit. interficiam te ſi nō feceris ſic. ⁊ huiuſmo‐
di. c. ad audientiam. extra eo. ⁊ fit ſine violen‐
tia corporali. Vis aūt ē quedam coactio qua
quis ligatus cogit̄ facere aliquid corꝑaliter.
Et dicitur vis abſoluta. ⁊ hec excuſat ex toto.
ſi intrinſecus non conſentit. quia non dicit̄ q̄s
agere. ſed potius pati. d. c. ſacris. Lex autem
magis large accipit dicens. Vis eſt impetus
maioris rei. cui reſiſti non poteſt. ſ. comode. ff.
ꝙ me. cauſa. l. j. c. ij. de pac. ꝗuis. li. vj.

Milites noſtri temporis licet non ha
beant inſignia obſeruātie veteris. ha
bent tamē inſignia obſeruantie noue.
ſm bal. in. l. j. C. qui bo. ce. poſſ. allegat in ar.
c. trāſlato. de conſti.

¶ Quis nō poteſt eſſe miles. R. ꝙ impugnā‐ 1
tes ſecuritates nauigantium. ⁊ hoſtes publi‐
ci infames milites eſſe nō poſſunt. vt in. l. j. in
ver. optimos fideliſſimoſqꝫ cōmilitones. ff. de
teſta. mili.

¶ Utrum miles poſſit incarcerari pro debi‐ 2
to contractus vel vltime voluntatis. Reſpō.
bal. vbi ſupra ꝙ nō. Sed bar. in. l. miles. ff. de
re iudi. limitat ad debitū ꝯctū in caſtris ſolū.

¶ Quomodo inſtituuntur. ⁊ de eorum priui‐ 3
legijs. habes in. l. pe. ff. ex qui. cau. ma. in glo.

¶ Utrum ars militie ſit licita. Reſpō. ꝙ ſic.
ſi debito modo fiat. xxiij. q. j. militare. de quo 4
dic vt ſupra bellum. Licet etiam militibus ſe
exercere in his. que nulli ſunt nociua cauſa ex‐
ercitij. puta in curſitationibus equorū in ꝓij‐
ciendo tela. ⁊ huiuſmodi. in quibus non immi
net probabile periculum proximi. ſicut in tor
neamētis imminet. ⁊ ideo prohibent. facit ad
hoc. ij. Regum. primo. vbi Dauid precepit vt
docerent filios iſrael arcū id ē artē ſagittādi.

Minor quis dicatur. R. n̄. ꝙ ille q̄ non
habꝫ. xxv. annū ꝯpletū. ff. de mino. l. j.

¶ Utrū minor poſſit petere reſtōnem in 1
integrū. nō ſolū in leſione q̄ demit de patrimo
nio. ſed etiā in leſione lucri ceſſantis. R. ꝙ ſic
vſqꝫ ad quadrieniū poſtqꝫ impleuit vigeſimū
qntū annū. De his tn̄ ſolū in q̄bus leſus ē in‐
fra. xxv. annū. vide glo. in. c. ij. de reſt. in integ.

2 ¶ Vtrū teneant geſta cū timore ſine auctoritate curatoris. R. Pa. in. c. in preſentia. de pba. ꝙ ſi intrat religionem poteſt alienare oīa ſua bona. quia fingitur mori. l. deo nobis. C. de epi. ⁊ cle. ſed non intrando non poteſt alienare etiam in pias cauſas.

3 ¶ Minor ſi renūciauit beneficio eccleſiaſtico non reſtituitur. quia in ſpūalibus vt maior admittitur. ⁊ agit ⁊ conuenitur. ff. de mino. l. ait pretor. in glo. in prin.

Miſerabiles pſone que dicātur. R. ſm Inno. in. c. ſignificantibus. de of. delega. ⁊ Pano. in. c. licet. de cenſi. ꝙ ſunt ceci ⁊ aliȷ̄ morbo laborantes. qui poſſunt auxiliū ab eccleſia implorare. qn̄ nimis aggrauātur in collectis. facit. d. c. ſignificantibus. ⁊ qd ibi no.

1 ¶ Vtrum ceci ⁊ aliȷ̄ morbo laborātes perpetuo excuſentur a muneribus. R. Pa. in. d. c. licet. ꝙ ſic. a perſonalibus que imponūtur pſonis. vt. l. vnica. C. q̄ mo. ſe excu. A realib⁹ aūt muneribus ordinariȷ̄s n̄ excuſantur. niſi princeps velit ea remittere. C. de vaca. mu. ⁊ de mune. patri quaſi per totum. ſecus ſi ſunt extraordinaria. q2 nō tenentur ad illa. l. vnica. C. de ſuperindic. Facit. c. indicatum. lxxxix. diſtinc. ⁊ quādo dicātur realia ordinaria vel extraordinaria. Vide. ȷ. Munus.

Miſſa ſm Hugo. de ſancto vic. de ſacramentis. li. xȷ. dicitur quaſi trāſmiſſa. eo ꝙ populus per miniſteriū ſacerdotis qui mediatoris vice fungitur inter deū ⁊ homines. preces vota. ⁊ oblationes trāſmittat deo.

1 ¶ Miſſa a quo debet celebrari. R n̄. ꝙ a ſolo ſacerdote rite ordinato. de ſum. tri. c. ȷ. §. vna. de conſe. di. ȷ. c. ȷ. in fi.

2 ¶ Vtrū exiſtens in mortali. vel pollutus nocturna pollutione licite celebret. vide. s. Euchariſtia. iȷ̄. §. xviȷ̄. ⁊ §. xxix.

3 ¶ Vtrū ſacerdos q̄ non ē ieiunus poſſit celebrare. R n̄. ſm Sco. in. iiȷ̄. di. viȷ̄. ꝙ non. vȷ̄. q. ȷ. nihil. de conſe. diſ. ȷ̄. liquido. ⁊ taliter debet eſſe ieiunus ꝙ citra mediā noctē nihil ſumpſerit q̄ntūcūq3 minimū. etiā ſi ſit ſpēs vł electuariū. vł medicina. q2 canon dic̄ nullus poſt cibū potūq3 quēlibet minimū ſumptū miſſas facere pſumat. vȷ̄. q. ȷ. nihil. imo pl⁹ ibi dic̄ gl. ꝙ ec̄ ſi an̄ mediā noctē ſumpſiſſet cibū. ⁊ adhuc ſentiret eructatōes ⁊ cibū. nō d3 celebrare. de ꝯſe. di. ȷ̄. trib⁹. ⁊ Ho. de accu. in. c. ſi ꝯſtiterit.

4 ¶ Quid de reliquȷ̄s cibi remanentib⁹ in ore. R. ꝙ ſi caſualiter deglutiātur non impediūt. q2 non traiciūtur p modū cibi vel potus. ſed p modū ſaliue ſm. ſ. tho. in. iiȷ̄. pte. q. viȷ̄.

¶ Quid ſi ſacerdos in mane lauādo os deglutiat ſtillā aq̄. R n̄. ꝙ pōt celebrare. niſi fecerit ex ꝓpoſito. ar. xxiȷ̄. q. v. de occidendis. xv. q. vȷ. c. ȷ. ꝯcor. Ri. in. iiȷ̄. diſt. viȷ̄. Tho. ꝓo dicit vex niſi traiciat̄ in magna quantitate. 5

¶ Quid ſi cibus ſit digeſtus. ſed tn̄ nō dormiuit p totā noctē. R. ꝙ pōt celebrare. q2 ſolum quies. tp̄us. ⁊ digeſtio requiruntur ſm Jo. ⁊ Her. brix. ⁊ Archi. in. d. c. nihil. ⁊ Ho. ⁊ Pa. in. d. c. conſtiterit. l3 ibi glo. videat̄ ſentire contrariū. ſed male. 6

¶ Quomodo debet celebrari. R. ꝙ debet ſeruari ordinarium miſſe. tam in dicēdis q̄ etiā in actibus. 7

¶ Vtrū debeat celebrare capite diſcopto. R. ꝙ ſic. de conſe. di. ȷ. c. nullus. vn̄ qui ſine rōnabili cauſa celebraret capite coperto peccaret mortaliter. ſecus ſi ex aliqua rōnabili cauſa p pter verbū temere. poſitū in. d. c. nullus. 8

¶ Quid ſi poſt inceptam miſſam deſiſtat. R. ꝙ ſi ſine rōnabili cā dimittit peccat mortaliter. al's non. vt in. d. c. nullus. 9

¶ Quādo euangeliū legitur omnes debēt ſtare. non ſedere. nec genuflexi manere. vt ȷ. c. auctoritate. de conſe. di. ȷ. 10

¶ Vtru3 debeat aliq̄d aliud dici a ſacerdote q̄ qd ꝯtinet̄ in miſſali. R. ꝙ nō. ar. c. viſum. ⁊ c. de noībus. de conſe. di. ȷ. Cogitari tn̄ pn̄t q̄cūq3 deuota. ſm. ſ. Ho. ſed nō exprimi. 11

¶ Vtrū req̄ratur attētio. R. ſm Richar. anglicū in quoli. ꝙ ſic. vn̄ Dyoni. de eccleſiaſtica ierarchia. Ad ſanctiſſimū euntes ſacrificiū mūdari ꝯuenit ab ipis vltimis aīe fantaſmatibus. vn̄ deſperās ſe poſſe habere pbabiliter cordis ſtabilitatem peccat grauiter accedēdo ſi tamē ſperat ⁊ ex infirmitate diſtrahit̄ min⁹ peccat. hec ille. 12

¶ Quid ſi omittat̄ aliq̄d. R n̄. ꝙ peccat mortaliter ſi ſcienter facit. tn̄ conſerat. ſi ibi ſit materia debita. ⁊ forma cū intentioue cōficiendi de quo dictū eſt. s. Euchariſtia pmo. Et hoc ītellige ꝙ peccat mortaliter ſcienter dimittendo aliquid notabile. puta euangeliū. vel epiſtolam. ſecretas. ⁊ hmōi. ſecus eſſet de aliquo verbo ſolo alio a forma conſerrationis. Ide3 dic ſi omittat̄ tp̄s debitū paramēta ⁊ reliqua neceſſaria. qd ē mortale qn̄ fit ſcienter. 13

¶ Quid faciet ſacerdos ſi miſſam dicendo ꝑpendat nō fuiſſe debitā materiā miniſtratā. R. ſm cōiter theo. in. iiȷ̄. diſtincti. viȷ̄. ꝙ ſiue defect⁹ ſit ī hoſtia. ſiue ī vino. ⁊ aduertit an̄q̄ 14

ꝯſecrationis canonē incepit. ſic accipiet aliā
hoſtiā ſi defect⁹ ē in hoſtia. vel vinū ſi ē ī vino
⁊ reincipiet ſi ē in hoſtia defectus ab illa ora-
tione. Suſcipe ſancte pater. qua dicta omiſſiſ
alijs dicet'. Veni ſanctificator ⁊c̄. Et ſic omi
bus alijs omiſſis ꝓſequat̄ vbi erat qn̄ aduer-
tit. Si vero defect⁹ fuit in vino. incipiet ab illa
oratiōe. Deus q̄ humane. cū oꝛone Offerimus
⁊c̄. Et alia. veni ſctificator ⁊c̄. ⁊ alijs dimiſ-
ſis ꝓſeq̄tur vbi dimiſerat. Si iam conſecraue
rat ⁊ poſt ꝯſecrationē depꝛehendit. q2 defectus
erat ī vino debito ſic accepto cū aqua ſolū. in-
cipiet ab illa oratione. Simili mō vſq3 ad ora
tionez. vn̄ ⁊ memores ⁊ alijs omiſſis ꝓſeq̄tur
vbi dimiſit. Si vero defectus erat in hoſtia ⁊
iam cōſecrauerat vinuz ſic accepta alia hoſtia
incipiet ab illa oꝛone. Qui pꝛidie ⁊ loco illi⁹ re
latiui. q̄ dicet. Dn̄s nr̄ ieſus xp̄s pꝛidie q̄3 pate
retur ⁊c̄. vſq3 ad oꝛonē. Simili mō ⁊ oīb⁹ alijs
omiſſis ꝓſequat̄ vbi dimiſit. Et notant̄ ſic di-
xi. q2 ſi ſolū diceret. Hoc ē corpus meū. nō conſe-
craret ſm̄ Sco. ⁊ Landul. in. iiij. di. viij. q. iij.
q2 oꝛo illud ſignificat qḋ exprimit̄ vbo. nō qḋ
eſt in intentione proferentis. ⁊ ideo ſi nulla fi
eret mentio de xp̄o. intelligeretur illa vba de
corpore ſacerdotis vel ſanguine. nō de xp̄o. et
ſic nō cōſecraret.

15 ¶ Pone ꝙ non aduertit de defectu. niſi poſt
ſumptionē hoſtie q̄ nō erat triticea aut debita
R. ſm̄ cōīt̄ doc. vbi. s. ꝙ nō obſtāte ꝙ nō ſit ie
iunus. nihilominꝰ accipiet aliā hoſtiā debitā
⁊ incipiet. vt dictū ē. Dn̄s nr̄ ieſus xp̄us pꝛidie
q̄3 vſq3 ad ſimili mō ⁊c̄. ⁊ poſtea alijs omiſſis
ſumet eā. ⁊ ꝓſeq̄tur vbi omiſerat.

16 ¶ Sed q̄d ſi ſumpto corpe inuenit aquā loco
vini in calice quā bibit. R n̄. tho. in. iij. pte. q.
lxxxiij. tenet ꝙ eſt alia hoſtia ⁊ aliud vinū ſu-
mendū ⁊ cōſecrandū. Quidā alij dicūt ꝙ pro
pter ſcandalū nihil ē reiterandū. ⁊ maxime cū
nō ſit ieiunus. Sed tu tene opi. Sco. vbi. s. ꝙ
ſolū ē accipiendū vinū cū aqua ⁊ dicēdū. Simi
mō poſtq̄3 Dn̄s nr̄ ieſus xp̄us cenauit. accepit
calicem ⁊c̄. vſq3 vn̄ ⁊ memoreſ. ⁊ ſic alijs omiſ
ſis dicat. Sanguis domini noſtri ieſu xp̄i cu-
ſtodiat animā ⁊c̄. ⁊ ſumat quia iſtud poteſt fi-
eri ſine ſcandalo. Nec obſtat ꝙ nō ſit ieiunus
quia eſt maius pꝛeceptū ꝙ ſumatur integre q̄3
ieiuno ſtomacho. vt patet in. c. ꝯperimus. ⁊. c.
relatū. de conſe. diſ. ij.

17 ¶ Quid faciet ſacerdos ſi qn̄ h3 aquaz in ore
anq̄3 deglutiat aduertit. R n̄. Dir. li. j. ti. xvij.
ꝙ ſi poteſt ſine ſcandalo ſputet in calice ⁊ ex-
trahet particulam hoſtie. ⁊ aquam reponet in
alio vaſe. ⁊ ſic accipiat vinū ⁊ cōſecret. vt di-
ctū eſt. ⁊ in eo ponat particulā hoſtie. ⁊ ſumat
poſtea illam aquā ſi poteſt facere ſine pericu-
lo vomit⁹. vel ſi timet de vomitu reponat aquā
in ſacrario. Et idē dicerē de pticula q̄ idē eēt
cōburēda ⁊ cineres in ſacrario reponēdi. quā
do ſine piculo vomitus recipe non poſſem.

¶ Quero quid faciet ſacerdos qn̄ muſca vel 18
aranea cadit in calice. R n̄. ꝙ ſi cadit ante con
ſecrationem proijciat illud vinum et accipiat
aliud cum aqua. ⁊ faciat ſm̄ ꝙ. s. dictū eſt. §.
xiiij. Si vero cadit poſt conſecrationē extrahat
eam ⁊ lauet cū vino. niſi eſſet res venenoſa vel
que prouocaret vomitum. q2 tūc omnia ſimul
eſſent reponēda in vaſe alio ⁊ aliud vinū cum
aqua ſumendū ⁊ ꝯſecrandū. vt dictum ē in. §.
xiiij. ⁊. xvj. ſm̄ Archi. Hugo. ⁊ Jo. de fanto. ī
c. ſi p negligentiā. de ꝯſe. di. ij. q2 nihil abomi
nabile ſumi debet occaſione hui⁹ ſacri. vt no.
glo. in. d. c. ſi per negligentiā. ⁊ finita miſſa ac
cipiat ſanguinem illum ⁊ igne cōburat. cū ali
qua ſtupa. vel panno lineo in ipo madefacto. ⁊
cineres ponat in ſacrario.

¶ Quid ſi gutta ſanguinis ceciderit. R n̄. ꝙ 19
ſi ceciderit ſuper tabulā ⁊ ſimilia lābat̄ ſi pōt
fieri ſine horrore. ⁊ poſtea locus radat̄ ⁊ raſu
ra ꝯburat̄ ⁊ cinis iuxta altare recondat̄. ⁊ ſa-
cerdos. xl. diebus peniteat. Si vero ceciderit ſu
per lintheū abluat̄ trib⁹ vicibus. calice ſuppoſi
to. ⁊ aq̄ ablutōis iuxta altare cōdat̄. ⁊ ſacer-
dos peniteat q̄tuor dieb⁹ niſi pꝛuenerit ad ter
ciū lintheū. q2 tūc nouem. Si vſq3 ad q̄rtū. xx.
dieb⁹ peniteat. de ꝯſe. di. ij. c. ſi p negligentiā.

¶ Quid ſi ſumendo ſanguinem remanet par- 20
ticula in calice. Reſpōdeo debet digito ad la
biū calicis adducere ⁊ ſumere. ⁊ nullo mō ap-
ponat vinū ante eius ſumptionem. quia vinū
citius deſcenderet. et ſic ſumeret non ieiunus
ſm̄ Sco. in quarto diſtin. viij. Quamuis ego
arbitrer ꝙ etiam ſi apponeret vinum. ⁊ ſic ſi-
mul ſumeret non peccaret. licet vinum citius
deſcēdat quia ꝙ ſit tali modo dr̄ fieri ſimul p
ea que notant̄ in capitulo q2 propter. de elect.
⁊ in. l. cōtinuus. ff. de verbo. ob.

¶ Utrum hoſtia non conſecrata que eſt in al- 21
tari. vel gutta vini que eſt in pede calicis. vel
aliter a vino quod eſt in calice ſepata conſecre
tur. R n̄. ꝙ non. niſi hoc intendat ſacerdos. j.
q. j. detrahe.

¶ Quid ſi omiſit aquaz ponere in vino. R n̄. 22
ꝙ ſi aduertit ante cōſecrationem hoſtie debet
eam apponere reiterādo. vt ſupra dixi. §. xiiij.
quādo defectus eſt in vino. qḋ ſi aduertit poſt

cōſecratiōnē boſtie. ſed aū conſecrationē vini
apponat nihil reiterando ſm̄ Jo. Si poſt cō
ſecrationē vini aduertit tūc ſm̄. ſ. tho. i. iij. pte
q. lxxxiij. nullo modo apponat. qꝛ appoſitio aq̄
non eſt de neceſſitate ſacramenti. vt dixi. s. eu
chariſtia. j. §. xvij.

23 ¶ Quid ſi vinū in calice cōgeletur. R. ꝙ ſacer
dos debet ipm̄ añ cōſecrationem reſoluere. vt
habeat rōnem actualem potus ſi tñ non reſol
uit adhuc cōficit. qꝛ vinū ↄgelatū nō differt a
nō cōgelato. niſi qualitate accidentali.

24 ¶ Quid ſi ex frigore hoſtia dilabit̄ in calicem
R. ꝙ dꝫ vlteri⁹ ꝓcedere. nec ē neceſſe aliq̄d re
iterare. ſm̄ tho. in. iij. pte. q. lxxxiij. ſed ſm̄ Jn
no. vt recitat Land. in. iiij. di. x. ſi aliqua pars
remāſit in manu frāgat illā ⁊ ꝑtem mittat in
calicem. qꝛ ꝑma cauſaliter cecidit.

25 ¶ Quid ſi ſacerdos nō recolit ſe aliqua dixiſ
ſe. R. ꝙ ſacerdos nō debet ꝓpter hoc turbari.
qꝛ q̄ multa dicit nō recolit oīa. Si tñ ꝓbabilit̄
cōſtet aliq̄ omiſiſſe ſi q̄dem ſunt de neceſſitate
ſacri. puta forma cōſecrationis debet reitera
re ab illa forma. ⁊ cuncta ꝑ ordinē proſeq. Si
ꝟo nō ſunt de forma ↄſecratōnis ſic nō debet
reſumere immutando ordinē officij ſed dꝫ vlte
rius ꝓcedere ſm̄ tho. iij. pte. q. lxxxiij.

26 ¶ Utrum ſemꝑ ſacerdos celebrās debeat ſu
mere corpus ⁊ ſanguinē. R. ꝙ ſic. de conſecr.
diſt. ij. perlatum. Si ſacerdos deficit in miſſa
alius q̄ ſit ieiunus debꝫ ſupplere. vt. s. Eucha
riſtia. iij. in pn.

27 ¶ Quid ſi aliq̄s caſus neceſſitatis alicui eue
nerit. puta infirmitas ⁊ hmōi. poterit ne ſacer
dos illi hoſtiā dare. cū aliā nō habeat cōſecra
tam. R ñ. ꝙ nō totā ſed hū ꝑtem. ⁊ aliam ptē
ipe ſacerdos ſumere. ſm̄. ſ. tho. i. iiij. diſ. xij. Et
idem credo etiam ſi nō ſit infirmitas. ſed alia
rōnabilis cauſa.

28 ¶ Quid ſi hoſtia inueniat̄ fracta añ ↄſecratō
ne. R. nihilomin⁹ pt ↄſecrari. niſi ſit ſcandalū
in ꝓplo. qꝛ tūc aliā accipiet. qꝛ fractio ⁊ q̄dra
tura ⁊ hmōi nō vitiāt ſacr̄m.

29 ¶ Utrū in memēto viuoꝝ vel mortuoꝝ debe
at fieri aliq̄ꝝ nominatio. R. ꝙ nō ē neceſſe. ni
ſi ſolū vt ſupplicātis deuotior reddat̄ affectus
ar. xiij. q. j. cū grauia. ⁊. c. nō extimemus. nota.
glo. de conſe. di. j. c. viſum. ⁊ ſe. ex quo patet ꝙ
tantū ſinguloꝝ noīa ſunt exꝑmendo quāto ex
eoꝝ nominatione augmētat̄ deuotio celebran
tis. qꝛ nō minus q̄libet habet ſub generali q̄
ſi ſpāliter fieret. de ↄſe. di. v. non mediocriter.
⁊ no. glo. in. d. c. viſum.

30 ¶ Utrū ꝑfatio ꝓpria debeat dici in miſſa cō
memorationis ſeu votiua. R. Pa. in. c. ↄſiliū.
de cel. mi a. ꝙ ſic ꝓpria ſi habet. Et ſolū ſunt
x. ab eccleſia approbate. ix. habētur in. c. inue
nim⁹. de cōſe. di. j. ſ. Natiuitatis domini. Epi
phanie. Quadrageſime. Paſce. Aſcenſionis
domini. Penthecoſtes. Sancte crucis. San
ctoꝝ apoſtoloꝝ. ⁊ ſancte trinitatis. ⁊ in. c. ſan
ctoꝝ. lxx. diſ. ponitur decima de domina. Alie
ſunt delende de miſſali. niſi ex ſpeciali priuile
gio ſit cōceſſum. vt fratribus minoribus de. b.
Franciſco ꝑ Sixtum quartum.

¶ Utrū Gloria in excelſis deo debeat dici in 31
miſſis votiuis. R. ꝙ non. vt in. c. conſilium. de
cele. miſſa. Nec etiam Credo in vnū deū dr̄. lꝫ
conſuetudo derogauerit illi iuri quo ad Glīa
in excelſis: que dicitur in miſſis votiuis beate
ꝟginis ⁊ quo ad alios etiā in miſſis ſpūſſan
cti. Minores tamē habēt ex priuilegio vt poſ
ſint dicere gloria in excelſis in miſſis ſpūſſan
cti. quas pro eccleſia dei celebrāt. Dicit tamē
Poſt. in. d. c. conſilij. deuotam conſuetudinē
non reprobamus.

¶ Utrum ↄfuſio poſt ſumptionem ſanguinis 32
debeat fieri cum vino. R ñ. ꝙ ſic. vt de celebr.
miſſa. c. ex parte.

¶ De quo debet miſſa celebrari. R ñ. Pa. in 33
c. quidā laicoꝝ. de ce. miſ. ꝙ debet celebrari de
eo de quo ſit officiū. vñ miſſam peculiarē audi
ens vel dicens nō ſatiſfacit p̄cepto de audien
da miſſa. qꝛ illa q̄ p̄cipit̄ ē miſſa de feſto. vel q̄
ſm̄ officiū debet dici. vt in. d. c. quidam laico
rū. Credo tñ ꝙ ſeculares ꝓpter ignorantiā ex
cuſent̄ lꝫ ñ celebrantes. ⁊ ꝓpterea in. d. c. q̄dā.
⁊. c. ad hoc. de ↄſe. di. j. dr̄ ꝙ tales miſſe pecul
iares ſeu votiue debēt celebrari in occulto. ⁊ h̄
intelligo in diebus in q̄bus q̄s tenet̄ de prece
pto audire miſſam. vel in eccīa collegiata ſeu
cōuentuali in qua quotidie eſt celebrāda vna
miſſa de officio. vt in cle. j. de ce. miſ. ⁊ ſic intel
ligo tex. in. d. c. quidā laicoꝝ. qꝛ ſi ſit alius qui
celebrauit miſſam de officō ⁊ nō ſit de p̄cepto
ꝙ miſſa audiatur poteſt quis miſſam votiuam
dicere ſine omni ſcrupulo. ⁊ in publico ⁊ in ſe
creto. nec ſufficit ſm̄ Monal. ꝙ audiat Jntro
itum ⁊ hmōi in diebus in q̄bus tenet̄ de officō
audire. quia miſſa dr̄ cū canone. vt patet in. d.
c. quidam.

¶ Utrū miſſa de ſctīs tantū valeat aīab⁹ de 34
functoꝝ. ſicut ſi dicat̄ ꝓ defunctis. R. Hoſt. in
c. ij. de ce. miſ. ꝙ ſic. ⁊ ꝙ. do. Hugo. Car. dice
bat ꝙ celebrādo pro domina faciebat celebra
re ꝓ defunctis. ⁊ ecōtrario. d. c. ij. ⁊ de ↄſe. di.
ij. quotienſcunq̄. Caue tñ quia ſi promiſiſſes

ſpecialiter ꝓ defunctis ꝓpriã miſſaꝫ dicere nõ
ſatiſfaceres miſſam dicẽdo de dñã rõe ꝓmiſſi-
onis. Itẽ aduerte ꝙ h̃ ẽ veꝝ qñ maior deuo-
tio q̃ q̃s dicit miſſaꝫ de dña ⁊ hmõi. ſupplet vł
ſancti ĩtercessio. alˀs nõ niſi q̃ ad veritatẽ ſacri
ſed nõ q̃ ad veritatẽ orationũ. qꝛ plus valet ꝓ
defunctis dicta ſm Pe. in. iiij. di. xlv.

35 ¶ Cũ q̃bus dꝫ miſſa celebrari. R. ꝙ p̃mo cuꝫ
indumẽtis debitis. q̃ ſm Inno. iij. vt recitat
Dur. li. j. ti. vij. ſunt calciamẽta amictus alba
cingulũ manipulus ſtola planeta. ar. xxiij. diſ.
eccłiaſtica. xxv. diſ. vnũ. xj. q. iij. epus. de penis
degradatio li. vj. Et q̃lia debẽt eẽ p̃dicta dicẽ
dũ ꝙ ſm ꝯſuetudinẽ rõnalem regionis ſeu cõ
gregationis. ar. l. de q̃bꝰ. ff. de legi. Et an de-
beãt eẽ bñdicta cõiter tenet ꝙ ſic. exceptꝫ cal-
ciamẽtis. ⁊ eẽ cingulo qd̃ de conſuetudine nõ
bñdicit ſm Ri. in. iiij. di. xiij. ⁊ Sco. ea. di. Se
cũdo cũ igne. de ce. miſ. c. xl. Et celebrãs ſine
igne dꝫ officio ⁊ bñficio ꝓuari ibidẽ. Tercio
cũ calice. corꝑalibꝰ altari lapideo. ⁊ tribꝰ to-
balijs ſuꝑ eo ⁊ miſſali hoſtia azima. vino ⁊ aq̃
q̃ in minori quantitate debet poni q̃ꝫ de vino.
vt in. c. ꝑniciosus. de cele. miſſa.

36 ¶ Utrꝫ peccet mortalit̃ q̃ ſine aliquo p̃dictoꝝ
celebrat. R̃n. ꝙ ſic q̃ ſine igne ⁊ aqua vel ĩ pa
ne fermẽtato ſi ẽ ſacerdos latinus. vel in vaſe
ligneo. vt patet in. c. lr̃as. de cel. miſ. vbi dr̃ ꝙ
dꝫ talis ſacerdos deponi ab officio et bñfitio.
Et idẽ ſi in vaſe vitreo vel de auricalcho. aut
ere. de ꝯſe. di. j. vt calix. Idẽ ſi ſine altari lapi
deo ⁊ ꝯſecrato corꝑalibus caſula ſtola mani-
pulo cingulo alba amictu. vt in. c. j. de cõſe. di.
j. nõ tñ efficit̃ irregularis cuꝫ nõ inueniat̃ iure
cautũ hoc. ſiue faciat ſciẽter. ſiue ig̃nanter. ſm
Ri. ⁊ Sco. in. iiij. di. xiij. niſi celebret ſuꝑ alta
re enormit̃ fractũ. qꝛ ſic eẽt irregularis. de cõ-
ſe. di. j. eccłe. nõ tñ ſi celebrat ſuꝑ altare nõ cõ
ſecratũ. lꝫ mortalit̃ peccet. de cõſe. diſ. j. eccłe.
⁊. c. cõcedimus cũ duobus. c. ſe. Et h̃ intellige
ſi ſcient̃ facit. ſecus ſi ex obliuione manipuluꝫ
vel ſtolã omiſiſſet. De calciamẽtis aũt bñdis
nõ credo ſit p̃ceptũ cuꝫ nõ inueniat̃ in iure. vñ
ſi q̃s ipa omitteret nõ ex cõtemptu. ſed qꝛ non
habet nõ peccaret. ar. d. c. j. Patet h̃ ꝙ calcia
menta non ſunt de neceſſitate. qꝛ ſic oporteret
hr̃e ſp̃alia q̃bus nõ vterent̃ niſi celebrãdo. cu-
ius ꝯriũ ſeruat̃ cõiter.

37 ¶ Sed vtrum ſine miſſali poſſit dici. q̃dam di
cũt ꝙ peccat mortaliter celebrãs ſine miſſali.
in quo ad minus non ſit canon tum qꝛ exponit
ſe ꝑiculo errandi. tñ qꝛ cõſuetudo ita habet vt
ſine libro in quo ſit canon nõ dicat̃. Et placet
qꝛ ſepe optime memorie viri in hoc errãt. Ca
non ſm cõiorẽ opi. dr̃. a Te igitur vſq; ad cõi-
onem. ⁊ ſm Durã. debet dici expedite. ne mu-
ſce venientes. i. vane cogitatões ꝑdant ſuaui
tatem vnguẽti. i. orationis ⁊ ne populus faſti
diũ cõcipiat. nõ tñ nimis feſtinãter ne ſacrifi-
ciũ fiat ſine ſale diſcretionis ⁊ deuotionis. ⁊
debet legi in libro ne error ꝯtingat. Idẽ dice
rem de tribus tobalijs ſi nõ hr̃entur ꝙ ſuffice-
ret vna. Et nota ꝙ p̃ceptũ ẽ clericis ꝙ vaſa ⁊
veſtimẽta in q̃bus celebrari debet ſint munda
⁊ nitida in. c. relinq̃ nolumus. de cuſto. eucha.
⁊ ideo peccat mortaliter faciẽs ꝯtrariũ. xiiij.
q. j. quod p̃cipitur.

¶ Quarto debẽt eẽ ſaltẽ duo p̃ñtes celebrati 38
oni miſſaꝝ. de cõſe. di. j. hoc quoq;. Et hoc ve-
rũ in miſſa publica. ſed in miſſa priuata poteſt
dici vno p̃ñte ſeruitore ſolũ q̃ rñdeat in ꝑſona
totius populi. vñ nemo ſacerdos ꝑ ſe ſolꝰ põt
celebrare. vij. q. j. illud. de fil. preſbi. c. propo-
ſuit in fi. Epiſcopus xp̃o ſine diacono celebra-
re non poteſt niſi neceſſitas cogat. xciij. diſti.
diaconi ſunt. in glo. in ver. habet.

¶ Ubi debet miſſa celebrari. R. ꝙ in omĩ lo- 39
co cõſecrato ab epõ poteſt libere celebrari. de
conſe. diſt. j. ⁊. c. j. ⁊. c. ſicut. ⁊. c. ſe. ⁊. c. nullus.
Et hoc verũ niſi ſit interdictus ⁊ pollutus. de
quo. s. Conſecratio eccleſie. §. viij. Fallit hoc
in. c. auctoritate. de priuił. li. vj. vbi ꝓhibet̃ ce
lebrari in eccleſijs cõſtructis ab exẽptis in lo-
cis nõ exemptis ſine lnĩa epi. Item lꝫ minori
bus ⁊ p̃dicatoribus celebrare ĩ omni loco ho-
neſto cũ altari portatili ab epõ conſecrato ſal
uo iure prochiali. qd̃ quidẽ ius ſm Gre. xi. in
extrauaganti q̃ incipit. Nos attẽdẽtes ꝯſiſtit cir
ca oblatões decimas ⁊ p̃mitias ſoluꝫ. ⁊ h̃ ſiue
ſit cõſecratus locꝰ vel nõ dũmõ nõ ſit interdi
ctus vł pollutꝰ. ⁊ ſic intellige. c. in his. de priu.
vbi hoc p̃uilegiũ ponit̃ ſit r̃ epis lꝫ in. d. c. ſi. de
priu. li. vj. de q̃. s. Interdictũ. vj. §. xxxix. Ad
uerte ꝙ ſacerdos dꝫ tenere hoſtiã ⁊ calicẽ
qñ ꝯſecrat ſuꝑ lapidẽ ꝯſecratũ. ſm Pe. d. pal.
⁊ dꝫ lapis eẽ ita magnus ꝙ ſaltẽ poſſit ſuꝑ eo
capi totus pes calicis cũ hoſtia. de q̃ vide Al
tare. Nota eẽ ꝙ q̃cũq; celebrãs vel faciẽs cele
brare diuina ĩ ciuitatibꝰ caſtris vel villis. niſi
q̃tenꝰ a iure ei ꝯcedit̃ ẽ ei interdictus ĩgreſſus
eccłe ipo facto cuiuſcũq; ordĩs vel p̃uilegij ſit
munitꝰ. c. epoꝝ. de priuił. li. vj. Idẽ ſi in locis a
iure vel a iudice ꝓhibitis. vt ibidem.

¶ Utrꝫ de lnĩa epi poſſit celebrari in loco nõ 40
conſecrato. R̃n. vt colligo ex Inno. in. c. j. de
ꝯſe. ec. vł al. ⁊ ab Archi. poſt alios ĩ. c. miſſaꝝ.

de cõſe. diſ. j. ⁊ a Pa. in Rubri. de cõſe. ec. vel
alta. ꝓ cõcordia ꝙ in ſua dioceſi poteſt epũs
dare licẽtiã vt in eccleſia nõ ↄſecrata vł ora⸗
torio poſſit q̃s celebrare cũ altari portatili cõ
ſecrato ex neceſſitate. vt no. glo. de conſe. di. j.
vnicuiq̃. ⁊ xviij. q. ij. q̃d az. In alijs aũt locis
nõ põt dare niſi qñ eccĩa deeſt. vt in. c. concedi
mus. de cõſe. di. j. ar. d. c. ſi. qꝛ fruſtra concede⸗
retur epĩs illud priuilegiũ ſi haberent de iure
cõi. Aduerte tñ ꝙ in loco fluctuãti. vt in mari
⁊ fluminibus celebrare non licet alicui. ſed ex
tra ſuã dioceſim non poteſt dare licentiã cele⸗
brandi in loco non conſecrato.

¶ Una hora põt miſſa ꝑticularis celebrari.
R. ꝙ ab aurora vſq̃ ad nonã etiã in ↄuentua
libus eccleſijs põt quotidie celebrari. de ↄſe.
di. j. §. in ieiunijs. ⁊ c. neceſſe ẽ ⁊ hoc ſequitur
Sco. in. iiij. diſt. xiij. Nec obſtat. c. nocte. ⁊ c.
ſolent. de ↄſe. di. j. ⁊ c. nõ liceat. xliiij. diſt. ⁊ c.
q̃o a prĩbus. ⁊ c. ſi. lxxv. di. ⁊ c. vl. lxxvj. di. qꝛ
intelligitur de ſolẽnibus miſſis. ſm Hoſti. in
ſum. de cele. miſſa. Solẽnis xpo dz dici in ↄuẽ
tualibus eccleſijs hora ſua. ſ. in vigilijs ⁊ in q̃
dragesima ⁊ quatuor tempꝛib' hora nona. In
feſtis hora tercia. In profeſtis hora ſexta. q̃õ
tamẽ cõmuniter nõ ſeruat̃. qꝛ tardius dr̃ in fe
ſtis q̃z alijs diebus non feſtiuis. ⁊ excuſantur.
vt patet in iur̃. palle. Et ſic intellige gl. in. c.
j. de cele. miſ. ⁊ alios doc.

¶ Utrũ poſſit dici miſſa de nocte. R. ſm Po.
vbi. s. ꝙ nõ. niſi in natiuitate dñi. vel niſi ſm
Rod. de licẽtia epĩ vel ſupioris imminẽte ne⸗
ceſſitate. puta qꝛ ĩfirmus morit̃. nec hr̃ eucha
riſtia. al's eã añ aurorã celebrãs peccat morta
lit̃. Idẽ dicẽdũ de celebrãtibus añ dictũ ma⸗
tutinũ. ar. xj. diſ. c. in his. ⁊ c. eccĩaſticaꝝ. ⁊ ex̃
de cele. miſ. c. j. ⁊ vl. ſm Hoſ. Similit̃ de pĩma
dicendũ ẽ vbi ẽ cõſuetudo ſm Po. quã quidez
ↄſuetudinẽ attẽdo ad pĩmã q̃ dr̃ in choro. non
ad eã q̃ dr̃ a priuato. vñ in religione minoꝝ cũ
multe miſſe dicant̃ de cõſuetudine añ pĩmam.
nõ credo ꝙ volens miſſam dicere teneat̃ pĩmo
dicere pĩmã. qꝛ ſic oporteret bis eã aliqñ dice⸗
re. ſ. ꝑ ſe ⁊ poſtea in choro q̃õ nõ eſt neceſſe. ar.
c. j. de cele. miſſa. ⁊ ſic patet ꝙ pñt dicere miſ⸗
ſam licite añq̃z dicãt primã.

¶ Quotiẽs dz miſſa celebrari. R. ñ. ĩ eccleſijs
cõuentualibus ⁊ collegiatis debent quotidie
due miſſe celebrari. ſ. vna ſm officiuz. ⁊ alia ꝓ
mortuis. vt in. c. cũ creatura. de ce. miſ. in tex.
⁊ in gl. ⁊ collegialiter debẽt dici. ⁊ dicit Pa.
ibidem ꝙ peccãt non ſeruantes. tñ cõiter non
ſeruat̃. ⁊ ſic nõ peccant.

¶ Utrũ q̃libet ſacerdos teneat̃ quotidie cele 44
brare. R. ꝙ nõ. etiã in diebus feſtiuis. vt patz
in. c. q̃tidie. de ↄſe. di. ij. exceptis hñtib' curaz
aiaꝝ q̃ ad min' in dieb' feſtiuis tenẽt̃ celebra⸗
re. niſi ꝑ aliũ ſatiſfaciãt ꝑplo. ar. c. j. de ce. miſ.
Aduerte tñ ꝙ ſi ſacerdos ob ſui dignitatem ⁊
ſacri reuerẽtiã abſtineat nõ peccat. ſm. ſ. Bo.
in. iiij. diſ. xij. puta qꝛ pollutus ⁊ hmõi. ſi vero
ſtat pro quadaz incuria ⁊ negligentia ſua. ita
ꝙ ad min' nõ celebret in p̄cipuis feſtis. ⁊ ma⸗
xime in illis in q̃bus ſeculares deuoti ſolẽt cõ
municare. peccat q̃dem ⁊ ſi nõ mortaliter ſal⸗
tem grauit̃. vt pz ꝑ. c. dolẽtes. de cele. miſ. vbi
valde tales reꝑhendũtur. Ri. xpo ĩ. iiij. di. xiij.
tenet ꝙ tenẽtur ĩ talib' dieb' celebrare. Idẽ
tenet. ſ. tho. in. iij. ꝑte. q. lxxxij. ⁊ ſic vr̃ ꝙ nõ ex
cuſent̃ a mortali qñ ſine rõnabili cã in talibus
diebus nõ celebrãt. Uñ dicit idẽ. ſ. tho. ꝙ lz q̃
ad actus ordinis q̃ ꝑtinent ad corpus xp̃i mi⸗
ſticũ nõ teneat̃ niſi q habet ex p̄latõne. vt p̄di⸗
care abſoluere ⁊ hmõi. tñ celebrare tenetur vt
deo ſacrificiũ reddat. etĩ ſi nulli hoĩm teneatur
Idẽ etĩ ponit. ĩ. iiij. di. xiij. ⁊ p̄t timere ne tãq̃
ſeru' nequã q̃ abſcõdit pecuniã dñi ↄdemnet.
Quotidie aũt celebrare laudabile ẽ ſi ex hmõi
celebratõne nõ minuat̃ reuerẽtia debita ad ſa
cramẽtũ ⁊ deuotio. Si aũt minueret̃ tunc aliqñ
ceſſandũ ẽ. de q̃ vide Euchariſtia. iij. §. xxxvj.

¶ Utrũ inſtitutio bñficij ꝙ q̃s celebret omni 45
die obliget inſtitutũ ad ſic celebrãdũ. R. Pa.
in. c. cõſuluiſti. de ce. miſ. ⁊ in. c. ſignificatũ. de
p̄ben. ꝙ nõ. qꝛ talis inſtitutio eſt illicita ⁊ da⸗
ret materiã peccãdi. ⁊ iõ talit̃ ĩſtitut' dz acci⸗
pere interp̄tatõem ab iſto tex. c. ſignificatũ. vt
ſ. ĩtelligat̃ ꝙ dz celebrare. ⁊ teneat̃ q̃nto freq̃n
tius p̄t ſalua honeſtate ſua ⁊ debita reuerẽtia
⁊ deuotione ad ſacr̃m. ⁊ ſic intellige de q̃cũq̃
bñficiato. Similit̃ dic qñ inſtrueret̃ ad dicen⸗
dũ miſſam peculiarẽ quotidie. qꝛ hoc nõ obſtã
te poteſt ⁊ debet dici de feria. c. quidam. de ce.
miſſa. Et ſic patet ꝙ quis aliquando tenetur
frequẽtius celebrare.

¶ Utrũ q̃s poſſit pluries dicere miſſam ĩ die 46
R. Pa. in. d. c. ↄſuluiſti ꝙ ñ. Facit. d. c. ↄſului
ſti. ⁊ c. referente. eo. ⁊ c. ſufficit. de ↄſe. diſti. j.
niſi ĩ duob' caſib'. Prim' ĩ die natiuitatis in
quo tres pñt celebrari. ſiue dicatur vna in me
dia nocte. alia ĩ aurora. ⁊ tercia ĩ hora debita.
ſiue dicãt̃ ſimul ĩ die vł vna. ⁊ poſt interuallũ
duas. vł ecõtrario. qꝛ ſic hz ↄſuetudo. ſ3 añ au
rorã nõ dz dici niſi vna. ſ. illa de media nocte.
Secũd' reſpectu alicui' neceſſitatiſ. vtputa qꝛ
aliqua magna ꝑſona venit. puta epĩs ⁊ ſimiles

⁊ quos nõ decet trãſire diẽ ꝙ nõ audiãt miſſam.c.fi.de puile.li.vj. Et idẽ dic de quolibet alio magno viro.ar.c.p̄mi.de cele.miſſa. Sic credo qñ eẽt dieſ feſtus p̄ceptus ab eccleſia.⁊ aliqui nõ audierũt miſſaꝫ.lꝫ nõ ſint ita magni domini ꝑ eandem rõnem. Item ſi aliquis infirmaretur ad mortẽ ⁊ nõ haberet corpus xp̄i ꝓ eo cõicando. Addit glo.tertiũ caſum ibidẽ ſ. ſi eſſet conſuetũ in aliqua eccleſia ꝙ dicãtur due miſſe.vna ꝓ viuis.alia pro mortuis.⁊ nemo ẽ q̃ ſit aptus niſi vnus ſolũ.tũc poterit ambas dicere. Quartus ꝓpter paupꝑtatẽ ecc̃iarũ vel raritateꝫ ſacerdotum.xxj.q.j.c.j.in fi.⁊ de elec.c.dudũ.x.q.iij.vnio. Quint⁹ qñ due miſſe ꝓprie occurrũt dicende.puta de vigilia ⁊ de feſto. ⁊ nõ ẽ niſi vn⁹ ſacerdos qui poſſit. ex̃ de cele.miſſa.c.j.⁊.c.referẽte.ſm Ber. ⁊ Io.i.d.c.cõſuluiſti. Intellige tñ in omnibus p̄dictis caſibus ꝙ poteſt plures dicere.dum tamẽ purificationẽ nõ receperit.⁊ ſit ieiunus.al's nullo mõ liceret.de cele.miſſa.c.ex pte. Itẽ ꝙ nõ dicat niſi duas.quia plures non lꝫ niſi in natiuitate ſm cõiter doc.

47 Quid ſi poſtq̃ ſumpſit cõionem habet hoſtiam cõſecratam q̃ ſupfuit. Rñ. ſm Pe. ꝙ ſi comode nõ habet vnde honeſte conſeruet lꝫ ei ſumere.dũmõ ſit ieiunus.ar.de cõſe.diſt.ij.c.tribus gradibus. Secus eẽt dicendum de reliquijs q̃ etiam licet acceperit purificationem añq̃ de ipis aduerteret.tñ poſtea ſunt ſumende.tũ q² nõ pñt ſic ſeruari.imo leuiter amitterent̃ ꝓpter eoꝝ paruitatẽ. Et in iſto caſu ex q̃ ẽ in actu purificatõis ⁊ recollectionis reliq̃aꝝ quicq̃d fit dr̃ fieri incõtinenti.i. quaſi ſimul ſumeret omnia añq̃ cenſeatur non ieiunus.ꝑ ea q̃ no.in.c.olim.el p̄mo.de reſti.ſpo.in gl.⁊ per Bar.in.l.j.ff.de vbo.obli. Quod bene nota pro ſcrupuloſis.

48 Quid de illis q̃ ꝓpter adulationes ſecularium plures miſſaſ celebrãt in die. R. ꝙ peccãt mortalit̃.vt i.c.ſufficit.de ꝯſe.di.j. Multo magis ſi ꝓpter pecuniã.q² ſimoniacus ẽ ſaltẽ mẽtalis.ſi pactũ nõ interuenit expreſſum. Si vero interueniſſet eſſet mentalis ⁊ realis ⁊ teneretur reſtituere quicq̃d accepit paupꝑibus ⁊ de neceſſitate.vt.j.ſimonia.vij.in prin.

49 Pro quibus debet dici miſſa. Reſpõ.ꝙ generaliter pro omnibus viuis ⁊ defunctis mortuis in ſtatu purgatorij.de conſecra.diſtinc.j.c.viſum.

50 Utrũ ſit dicenda ꝓ puulis mortuis. Rñ.ſ.tho.in.iiij.ꝙ ſic ꝓ pueris baptizatis nõ quia eis proſit ad remiſſionẽ pene quã nõ tolerãt. nec ad augmentum glorie. ſꝫ potius celebrat̃ ad cõmendandũ redemptõnis miſterium.

Utrũ liceat orare ꝓ excõicato. Rñ. Hoſt. in ſumma ꝙ ſic.in memento etiam ſpecialiter. ⁊ etiam in alijs orõnibus.que fortiter dicũtur generaliter.tamen non ſp̄aliter.quia nõ licet. de ſen.ex.nuper.

Quid dicẽdũ ſi p̄ſbiter qui promiſit alicui dicere vnã miſſam de dñã.⁊ alteri ſepatim aliam pro anima matris ⁊ p̄tris eius.⁊ tercio ꝓ ſalute ſua ⁊ ſimilibus. dicat ſolũ vnaꝫ miſſam de dñã cuꝫ collecta. Deus qui nos p̄rem ⁊ matrem ⁊ aliã collectã. Oĩpotẽs ſempiterne de⁹ miſerere famulo tuo.⁊c̃. Intẽdẽs p̄dictis oĩbus ſatiſfacere. R. ꝙ ſup hoc fuit diuerſa opi. Pñ ꝓ intelligentia ẽ ſciendũ ꝙ miſſa q̃libet q̃ dr̃ reſpectu opis opati. generaliter valet oĩb⁹ viuis ⁊ defunctis exñtib⁹ in caritate q̃ nõ ſunt in patria. Secũdo valet ſingulariter illi q̃ eaꝫ dicit ſi digne celebrat. Tercio valet ſp̄aliter ſi ſunt in ſtatu grẽ illis q̃ faciũt eã dicere pro ſe. vel q̃bus p̄dicti.vel ſacerdos ꝑ intentionẽ applicant. Quãtũ igit̃ ad generalem ꝑticipationem ſacerdos nihil põt diſponere.nec dꝫ q̃tũ ad ſingularem:ſimiliter non debet ordine caritatis eam alteri tribuere.quia nemo debet p̄ſumere ſe habere vltra neceſſitatem de merito. Quantũ vero ad terciam ſpecialem que eſt alteri applicabilis ꝑ intentionem.dicendum eſt ꝙ non minus habebit quilibet hoꝝ triũ q̃ ſi pro ſingulo eorũ ſingulariter eam dixiſſet. Rõ q² deus nõ equaliter.neq; vno mõ acceptat meritũ miſſe applicatuꝫ iſto tercio mõ ſed ſm ꝙ ſue bonitati videtur.conſiderata deuotione ⁊ ceteris q̃ cõcurrũt in eo q̃ eam dicere facit. Pñ aliqñ vna miſſa poſſet liberare vnam aĩam de purgatorio cũ tanta caritate mouere poſſet ſe q̃s ad faciendũ eã dicere.quã non faceret liberare alius faciẽdo dicere viginti vel triginta. ⁊ ſic q̃tũ ad hoc talis ſacerdos ſatiſfecit.q² q̃libet p̄dictoꝝ triũ non minus habebit de merito q̃ ſi pro quolibet eoꝝ ſingularit̃ vnã dixiſſꝫ. Et ſic intelligo opinionẽ illoꝝ qui dicunt non minus valere vnam miſſam pro omnibus q̃ ſi ſingulariter pro quolibꝫ diceretur. de ꝯſe.di.v.in.c.nõ mediocriter. Nec ob. ꝙ dicũt q̃dam ꝙ meritũ tali mõ acceptum eſt finitum.⁊ ideo quãto pluribus diuiditur minus q̃libet hẽbit quia veꝝ ſi quilibet totũ haberet.niſi alteri cõmunicaretur.ſed non eſt ſic.ſed tantũ quilibet habet de iſta finitate quãtum videt̃ diuine bonitati.⁊ eſt tantũ ꝙ ſufficeret ꝓ omnibus animab⁹ liberãdis.ſi mõ ſic merita nr̃a mererent̃

quia miſſa reſpectu op̄is op̄ati nihil aliud eſt
q̄ꝫ applicatio meriti paſſiōis xp̄i. qd̓ ꝑ tale ſa-
crificiū imediate applicat̄ illi ꝓ q̄ dicit̄. ⁊ ideo
ſicut lꝫ multis dictū meritū paſſionis xp̄i ap
plicet̄. nihilominus quilibet nō minus h̄ebit
q̄ꝫ ſi ſolū ſibi fuiſſet applicatū. qꝛ nullus ex to-
to p̄t eum habere. ſed intm̄ inquātū videt̄ di
uine bonitati ip̄m ꝓ tali acceptare ſm̄ eius q̄
dicere facit deuotionē. Et ꝓpterea ꝓpter meri
tū paſſiōis xp̄i qd̓ ꝑ ſacramenta applicat̄ nō
minus efficacie habent ſi ſimul multis confe-
rant̄ q̄ꝫ ſi ꝓ vno ſolo. ſed quilibet tm̄ habebit
quātū videt̄ diuine bonitati ꝓ quolibet acce-
ptare. Hoc patet in baptiſmo. qꝛ ſi multi ba-
ptizant̄ in neceſſitate nō minus habebunt de
remiſſiōe. ⁊ ſic de alijs ſacramētis. Secus de
alijs bonis a ſacramētis. eo qꝛ cū n̄ ſint appli
catiua meriti paſſiōis xp̄i. Ideo ſi pluribus
cōicabunt̄ quilibet minus h̄ebit reſpectu ope
ris op̄ati. Et ex hoc p̄ꝫ quare miſſa magꝫ va
let ad remiſſiōꝫ peccatoꝝ ⁊ ſacramēta q̄ꝫ alia
op̄a. qꝛ ē ꝓpter meritū paſſiōis xp̄i qd̓ deo pa
tri offert̄ ꝓ remiſſiōe illoꝝ quib⁹ applicat̄. qd̓
nō fit in alijs bonis. Quo vero ad meritū ge
nerale. ſic nō ſatiſfacit. qꝛ quāto plures miſſe
dicunt̄. tāto magis anime viuentiū exiſtētiū
in gr̄a. ⁊ anime in purgatorio releuāt̄. vn̄ ma
gis fuiſſēt releuate ſi dixiſſet tres miſſas q̄ꝫ ſi
ſolū vnā. Vn̄ quātū ad hoc nō ſatiſfacit. pre
ſertim qn̄ plures miſſe dicte fuiſſent ſi ip̄e nō
acceptaſſet. ⁊ ideo tenet̄ ſatiſfacere. vl̄ in miſ
ſis vel in alijs bonis ꝑ ſpecialē applicatōem.
Nec credo ſi fiāt nō ſolū in vna miſſa. ſꝫ etiā
in pluribus ⁊ in alijs orōibus ⁊ bonis ſuffici
enter ſatiſfaciet. ſicut faciūt boni religioſi q̄
intēdūt ſatiſfacere. nedū in miſſis. ſꝫ etiam in
reliq̄s orōib⁹. Vn̄ credo attēta cōſuetudine
⁊ etiā qꝛ nō pauciores miſſe ꝓpter hoc dicunt̄
ꝙ religioſi qui ſic ꝓ duobus aut trib⁹ vl̄ alijs
celebrāt ſimul. vt dictū eſt qui etiā intendunt
ſpecialiter in omnibus miſſis ⁊ alijs bonis q̄
faciūt p̄dictis ſatiſfacere ꝙ optime ſatiſfaci-
unt. nec illi q̄ talibus faciūt dicere minus ha
bebūt de ſubſidio miſſe. ſed etiā ſupabūdāter
q̄ꝫ ſi aliter dicere facerēt. Aduerte tn̄ ꝙ ſi ſpe
cialiter ꝓmiſiſſet dicere miſſam de dn̄a. vl̄ de
ſp̄ūſancto vel in tali altari. aut tali die tenet̄
ſeruare ꝓmiſſū. alit̄ nō ſatiſfaceret ꝓmiſſioni
dicēdo miſſaꝫ de alio l̄ in alio loco. Et ſic cō-
corda op̄i. q̄ no. in. d. c. non mediocriter. ⁊ in.
iiij. di. xlv.
53 Utrū idē erit ſi ſacerdos ex motu ſuo di-
ceret vnā miſſaꝫ ꝓ trib⁹ q̄ ad meritū ſpāle. R.
ꝙ nō. qꝛ ſic ad meritū tale nō cōcurrit niſi ſo
la motio ſua. q̄ vna non tm̄ valet ſicut due vel
tres reſpectu op̄is op̄antis. ⁊ ideo minus ha
bebūt de iſto merito ſpeciali. Idē dic qn̄ vn⁹
facit vnā ꝓ pluribus dicere ꝑ eandē rōeꝫ. Et
iſtud ē qd̓ dicūt theo. vbi. s. ꝙ vna miſſa ſpe-
cialiter ꝓ aliquo dicta plus ei valet q̄ꝫ qn̄ dr̄
generaliter ꝓ multis. Secus eēt ſi ip̄e ſacer-
dos ꝓ aliq̄ diceret vnā miſſam ⁊ in eadē intē
deret ſatiſfacere ꝓ aliquo alio qui eū rogauit
vt eā dicat ꝓ aīa ſui p̄ris. qꝛ ſic reſpectu op̄is
op̄antis nō minus valeret. qꝛ ſic ibi ſunt due
motiōes qd̓ nō eſſet in p̄mo caſu
Quid d̓ illo q̄ celebrat vt de⁹ ꝑdat aliquē l̄ 54
aliq̄s. R. ꝙ peccāt mortaliter. ar. xxvi. q. v. q̄
cūq̄ꝫ. nec nocet ei ad cuius ꝑditōem fit cū na-
tura ſacramēti ſit vt ꝓſit. ar. xi. q. iij. catholi-
cā. no. Jo. ⁊ Arc. i. q. i. dictū. Poſſet tn̄ excu
ſari a mortali qn̄ tales ſunt inimici rei publi-
ce ⁊ impeditores bonoꝝ. vt dictū ē. s. inuidia.
Utrū ſtatim poſt celebratōem miſſe ſit co 55
medēdū. R. ꝙ nō. de iure. vt ī. c. trib⁹. de ꝯſe.
di. ij. ſꝫ de ꝯſuetudine nō ſeruat̄ illud ius. Dꝫ
ꝙ ſm̄ Pa. in. d. c. ex p̄te. de cele. miſ. tā diu ſta
re donec ille reliquie ſint verſil̄r in corp̄e cor
rupte. Addo etiam ꝙ donec aliq̄s gratias p⁹
miſſam deo retulerit.
Utrū tm̄ valeat mi ſſa boni ſacerdotꝫ ſicut 55
mali. R. ſm̄ ꝙ colligo. ex. S. Bona. Ricar. ⁊
Sco. ⁊ ſan. Tho. in. iiij. di. xiij. ꝙ q̄ ad ſacra-
mētū ſic ē equalis. i. q. i. c. intra. Quo vero ad
orōes q̄ in ip̄a dicunt̄ inqn̄tū ꝓferunt̄ ex pſo-
na toti⁹ eccl̄ie. ſic ſil̄r tm̄ valet. In quātū vo
h̄nt efficaciā ex deuotiōe orātis ſacerdotꝫ ſic
plus valet miſſa boni ſacerdotis q̄ꝫ mali. Et
ideo bn̄ facit qui libētius audit miſſam boni
ſacerdotis. dūmodo in ſubſtantialib⁹ nō cre
dat excedere. qꝛ p̄iculoſe erraret ſm̄ p̄di. doc.
Quis tenet̄ audire miſſaꝫ. R. ꝙ de p̄cepto
q̄libet q̄ nō ē excōicatus nec interdict⁹. aut le 57
gitime īpedit⁹ dieb⁹ feſtis ab eccl̄ia p̄ceptis.
d̓ q̄. s. ferie. §. xlij. De bona honeſtate q̄libꝫ oī
die maxime ep̄s vl̄ religioſus aut eccl̄iaſtic⁹
ar. c. fi. de p̄ui. li. vi. Et qn̄ ſit mortale peccatū
nō audire in feſto. vide in. d. §. xlij.
Utrū quolibet ſacerdote eā dicēte ſit au-
dienda. R. ⁊ dic vt. s. clericus. viij. §. ij. 58
Utrū ſit audienda in ꝓpria parrochiali ec
cleſia in dieb⁹ feſtiuis. R. ſm̄. Pa. in. c. vt. do 59
minicis. de parro. ꝙ ſic. niſi ex aliqua cā legi
tima alibi audire velit. puta qꝛ p̄rochianus ē
cōcubinarius publicus. vl̄ vt deuoti⁹ audiat
qꝛ melius officiat̄ vl̄ ꝓpt̄ p̄dicatonem ⁊ hmōi

Si vero alibi audiuit ex cõtemptu ꝓprij ſacer
doris dicit ꝙ facit cõtra ꝓceptum ſuperioris
⁊ qui eũ admittit dicit ꝙ quodãmodo cõmit
tit furtũ. Sed tu dic ꝙ de iure in maximis fe-
ſtiuitatibus. ſicut ſunt feſta dñi noſtri. ⁊ bea
te marie. ⁊ Johannis bapti. et ſilia quilibet
tenet̃ audire miſſam. aut in eccleſia ꝑrochiali
aut in publico oratorio facto a populo ſm gl.
in. c. ſi quis extra. de conſe. di. i. Et a fortiori
poteſt audire in eccleſijs mendicãtiũ ⁊ religi
oſorũ auctoritate ſedis apoſtolice edificatiſ
In oratorijs autẽ ꝑuatis audiẽtes ñ ſatiſfa-
ciũt ſicut ẽ in domib⁹ diſciplinatoꝝ. Sed an
peccẽt mortaliter talit̃ audiẽtes ſi poſtea nõ
audiũt i parrochiali vl̃ publico oratorio. aut
eccleſia religioſoꝝ dico ꝙ nõ. q: nullo cauet̃
iure ꝙ hoc ſit ꝓceptũ. Nec ob. c. ſi q̃s extra.
q: ibi nullũ verbũ ẽ poſitũ laicis qḋ ſit ꝓcepti
uũ. ſed ſolũ clericis ne celebrẽt ꝑdictis feſti-
uitatibus in talibus oratorijs ſine iuſſu vl̃ ꝑ-
miſſiõe epiſcopi. Similiter. nõ ob. qḋ ibi dici
tur ꝙ ad parrochias ẽ legitim⁹ ordinariuſq
cõuentus. ergo ad alias nõ erit legitim⁹. q: ñ
ſequit̃ cũ cõtineat abſurdũ ſenſum. q: ibi dici
tur ꝙ in ciuitatibus. aut parrochijs in ꝑdictꝫ
feſtis audiatur. ergo etiã alibi ẽ legitim⁹ con
uentus. Non ob. etiã ꝑdictũ. c. vt dominicis
quia ſi quis bene attendit nihil ꝓcipitur lai-
cis. nec etiã omnibus ſacerdotibus. ſed ſolũ
ſacerdotibus parrochialibus imponit̃ ꝙ eq-
ciãt illũ qui cõtempto ꝓprio ſacerdote. ergo
ſi audiat in aliqua eccleſia q̃ ñ ſit parrochia
⁊ ſacerdote nõ parrochiali non debet expelli
ergo licite põt audire. Et ꝙ ſolũ parrochiali
bus ꝓcipiat. ptꝫ in verbo alterius. qḋ ẽ relati
uũ ex duobus tantũ. ⁊ alius alia aliud ex plu
ribus. lꝫ ꝓmiſcue vtamur. Et iõ niſi haberet
parrochiã nõ dr̃ alterius. q: ꝑdicta relatiua
faciũt poſitionẽ regulariter eiuſdẽ qualita-
tis. Itẽ poſitio ꝙ eſſet aliquod ius ꝓceptiuũ
eſſet abrogatum per contrariã conſuetudinẽ
vt. s. conſuetudo. §. ix. patet.

Miſericordia ſm Aug. ix. de ci. dei
e alienẽ miſerie in corde nr̃o cõpaſſio
q̃ ſi poſſumus ſubuenire cogim̃. Eſt eẽ
mĩa diminutiua penaꝝ. quã impedire nõ põt
exceſſus ire. Et nota ꝙ miſericordia. pietas.
⁊ clementia ⁊ mãſuetudo cõueniũt inquãtũ
in eundẽ effectũ cõcurrũt. qui ſcilicet ẽ ꝓhibe
re mala proximorũ. ſed differunt quãtum ad
motiuum. quia miſericordia hoc facit ex ami
cicia quã habet cũ proximis. Pietas vo ex re
uerentia quã habet ad aliquẽ ſuperiorẽ. ſ. de

um vel parentem. Manſuetudo inquantũ re-
mouet iram incitantẽ ad vindictã. Clemẽtia
vero hoc facit ex animi lenitate inquãtũ iudi
cat equũ eſſe. vt quis amplius ñ puniat̃. Cru-
delitas tñ que culpam attendit. ſed modũ in-
puniendo excedit opponit̃ ꝓprie clemẽtie que
dicit quãdã animi lenitatẽ ſiue dulcedinẽ ꝑ
quã quis ẽ diminutiuus penarũ. Seneca vo
li. ij. de clementia dicit ꝙ clemẽtia eſt lenitas
ſuperioris ad inferiorẽ. Manſuetudo aũt cu
iuſlibet ad quẽlibet. Sepiſſime tñ accipit̃ mi-
ſericordia ꝑ clementia. ⁊ manſuetudine. ⁊ pi
etate.

¶ Que ſunt opera miſericordie ſpiritualia. i
R. ꝙ ſeptem in hoc verſu contenta. Conſule
ſ. dubitantem ꝑ doctrinã. Caſtiga. ſ. ꝑ corre-
ctionem. Solare aflictum. Remitte iniuriã
Fer defectus aliorum. Ora ꝓ omnibus ⁊ do-
ce ignorãtes. Et que ſunt opera miſericordie
corporalia habes. s. elemoſyna. §. ix.

Moderamen inculpate tutele q̃d eſt
vide. s. defenſio. §. iiij.

Modeſtia dicit̃ a modo q̃ aliquãdo
eſt in moderando motum animi ab ex
cellentia ꝑ humilitatẽ. Aliquãdo a ꝑ
tinentibus ad cognitionem. vt eſt ſtudiũ. Ali
quando quo ad corporales actus ⁊ actiones
vt decẽter fiãt. ⁊ non ſcurriliter. ⁊ huiuſmodi
Aliquando vero quo ad apparatũ exteriorẽ.
Et ideo modeſtia ẽ circa minora. Tẽperãtia
vero ẽ i refrenatione delectatiõis boni diffici
lis. Et ꝓpterea differt ab ea.

Mollicies opponitur ꝑſeuerãtie ſm
philoſophũ. vij. ethico. dicit̃ enĩ ꝓprie
ſm philoſophum mollis qui recedit a
bono ꝓpter triſticias cauſatas ex defectu ele-
ctionum quaſi cedẽs debili mouẽti. Dicitur
etiam alio modo mollities. put eſt contra ca-
ſtitatem. que alio modo dicitur immundicia
ſeu voluntaria pollutio. vt patet ex gl. i. cor.
vi. ibi. adulteri. nec molles. vbi glo. i. mulie-
bria patientes. Et iſto modo ſemper eſt mor-
tale peccatum. vt ibi patet. Sed primo modo
non ſemper. ſed quando recedit a bono neceſ
ſario faciendo.

Monachus grece latine ſingularis
dicitur. quia debet eſſe ſingularis. i.
ſeparatus a conuerſatione ſeculari.
vt. xvi. q. i. c. i. iuncta glo. ibidem. Unde ibi-
dem in. c. monachus. dicit̃ monachus non do
ctoris. ſed plangentis officium habet qui vl̃
ſe vel mundum lugeat. ⁊ domini pauidus pre
ſtoletur aduentum. hec. ibi.

1 ¶ In quo differt monachus a conuerſis et oblatis. R. Pa. in. c. nõ eſt. de regu. ꝙ cõuerſi ſunt qui obtulerunt ſe ⁊ ſua mutando habitum. tñ ſeculares ſunt. qꝛ non ꝓmouentur ad ordines. Oblati vero ſunt qui ſe ⁊ ſua obtulerunt monaſterio. habitu tamen non mutato. Et vt dicit glo. xxvij. q. i. vt lex. Iſti conuerſi ⁊ oblati magis aſtringunt̃ mõaſterio ꝙ̃ monachi. vnde nec etiã cauſa artioris religiõis pñt trãſire ad alia monaſteria ꝙ̃uis petant a ſuperiore licẽtiã. qꝛ efficiunt̃ quaſi ſerui monaſterij. Monachi vero hodie ꝓmouẽt̃ ad ordines. xvi. q. i. in multis. c.

2 ¶ Vtrũ monachus poſſit pꝑfici in aliqua eccleſia. R. Panor. in. c. monachi. de ſta. mo. ꝙ ſolus nõ. vt in. c. ij. eo. ti. ⁊ in cle. ne in agro. §. ad hec. eo. ti. Cum ſocio vero monacho p̃t de licentia ſui abbatis. aliter nõ. lviij. di. c. i. ⁊. ij qꝛ nõ habet nec velle nec nolle in hoc. c. ſi religioſus. ⁊. c. quorũdã. de elec. li. vi.

3 ¶ Vtrũ monachus poſſit habere curam animarũ. R. Pa. in. c. i. de capel. mo. ꝙ nõ in eccleſia vbi monachi collegialiter habitãt ſed debet ab ep̃o capellanus inſtitui qui populũ regat de conſilio monachoꝝ. In alijs autem locis pñt deputari. vt pꝫ in. d. §. ad hec. dũmodo non ſolus. vt dictum eſt.

4 ¶ Vtrũ poſſit monachus fieri canonicus eccleſie ſecularis. R. ꝙ nõ. c. in noua. xvi. q. vij de elec. cum cauſam que inter. ſm. Io. lxxiij. di. quorundam.

5 ¶ Vtrũ monachus poſſit p̃fici eccleſie quorũcunqꝫ regulariũ. R. ꝙ nõ. vnde ſi eligit̃ q̃s alterius religionis in p̃latũ nõ valet electio cle. cũ rationi. de elec.

6 ¶ Vtrũ poſſit eligi in ep̃m. R. ꝙ ſic. vt in. d. cle. cum rationi.

7 ¶ Vtrũ monachus ꝺputatus alicui eccleſie etiã epiſcopatus teneat̃ ad obſeruantiã regule ſue. R. ꝙ ſic. quãtũ ad tria ſubſtãtialia regule. ⁊ vt habitũ deferat etiã ſi ſit ep̃s. de vi. ⁊ ho. cle. c. clerici officia. in fi. nec ex eo ꝙ habet adminiſtratõem dicit̃ habere ꝓpriũ. qꝛ eã tm̃ habet rõe officij ſibi impoſiti. de ſta. mo. c monachi. §. i. In obedientia vero diſtinguit̃. qꝛ ſi trãſit ad ep̃atum ex toto abſoluit̃ a iuriſditõe abbatis. xviij. q. i. c. vnico. Si vero trãſfert̃ ad eccleſiã ſecularẽ que nõ ẽ ſubiecta abbati ſuo. nec in ſp̃ualibus nec in temporalibꝰ ex toto eximitur ab obedientia abbatis. xxvi q. i. in parrochia. ſi vero ſit ſolũ ſubiecta abbati in t̃palibus. ſic eximit̃ ab obediẽtia abbatiſ quo ad ſp̃ualia. xvi. q. ij. viſis. ⁊. c. ſane. Si vero ſit ſubiecta quo ad ſp̃ualia ſolũ. ſic eximit̃ quo ad t̃palia. Si vero ſit in omnibus ſubiecta. ſic ex toto obediet abbati. Quo vero ad alia a tribus votis ⁊ ab habitu nõ eximit̃ abſolute. Naz ab eſu carniũ tenet̃ abſtinere ſic̃ ante. niſi diſpẽſaret̃ cũ aliquo monacho a papa. vt ſolus p̃ficeret̃ alicui eccl'ie. ⁊ ſine ſcandalo illoꝝ cũ quibus viuit nõ poſſet abſtinere qꝛ tũc comedere poſſet. ſm Hoſ. allegat. c. q̃ſ quis. xli. di. factus ep̃s. ſm Io. ⁊ videt̃ ſequi glo. in. c. carnẽ. de conſe. di. v. etiã p̃t comedere. Ieiunia vero ⁊ ſilentiũ ⁊ vigilias ſeruare nõ tenet̃. vt dicit̃. xvi. q. i. ca. nemo. Et breuit̃ ſi attendant̃ verba. d. c. nemo. dico ꝙ ab illis ſolũmõ abſoluit̃ p̃ceptis regule q̃ comode nõ p̃t ſeruare cũ exercitio p̃latõis ſibi impoſito ſed illa q̃ nedũ nõ impediũt officiũ p̃lationis imo potius adiuuãt credo ꝙ teneat̃ ſeruare. Nõ bñ no. Et ſic intellige. xxi. q. i. monachuꝫ

¶ Sꝫ q̃d de officio. R. vide. s. hore. §. xv. 8

¶ Sed pone ꝙ p̃dictus monachus indiget aliqua diſpenſatõe ad quẽ recurret. R. ꝙ ſi talis eccleſia ſubeſt abbati in ſp̃ualibus ad ip̃m abbatẽ recurret. Si vero ſubeſt ep̃o. tũc ep̃m habebit loco abbatis. c. ſi quis mõachus. xvi q. i. Si vero ſit exempta illa eccleſia ⁊ imediate ſub papa. ſic oportebit ad ip̃m papam recurrat. ar. eoꝝ q̃ dixi. s. exemptus. §. vi. 9

¶ Que ſunt q̃ p̃cipiunt̃ vel ꝓhibent̃ monachiſ ſp̃aliter in iure. R. ꝙ ſũt. x. q̃ notant̃ in. d. cle. ne in agro. Primuꝫ qd̃ p̃cipit̃ ẽ delatio hñtus debiti ſm formã in. d. cle. poſitã. Secũdum ꝙ omni menſe cõfiteant̃ ⁊ ſuſcipiãt eucharistie ſacramẽtũ. Tertiũ ꝙ ille q̃ p̃eſt exponat regulã vulgariter in capitulo vel ab alio exponi faciat. Sꝫ p̃dicta ſolũ aſtringũt monachos nigros. vt in. d. cle. no. Quartũ ne vtant̃ camiſijs. vt in. c. cũ ad monaſteriũ. de ſta. mo. Quītũ ꝙ ſeruẽt ſilẽtiũ cõtinuũ in dormitorio refectorio ⁊ oratorio. In clauſtro vero certis horis ibidẽ. Sextũ ꝙ faciant capitula de triennio in trienniũ. c. in ſingul'. eo. ti. Septimuꝫ aucupatões ⁊ venatões interdicũtur eis. d. cle. ne in agro. Octauũ ne ad curias p̃ncipuꝫ vadãt vt ſuis monaſterijs dãnũ inferant. aliter ſunt excõicati illi qui adminiſtratõem nõ hñt. Nonũ ne arma infra ſepta monaſterij teneãt. Et de iſto ⁊ ſuperiori vide. s. excõicatio vij. caſu. xxxviij. Decimũ ne carnes ꝯmedant niſi in neceſſitate. vt in. d. c. cũ ad monaſteriũ. 10

Multa ſunt alia que nedum eis ſed etiã omnibus religioſis ſunt prohibita. q̃ vide. j. religioſus. §. lxv.

xi ¶ Quid de monachis qui in illis mōaſterijs
comedūt carnes in quibus memoria nō extat
qḋ nō comedūt. R. d. Lar. ꝯſuluit vt recitat
Pa. in. d. c. cū ad monaſteriū. ꝙ impune pñt
ꝯmedere vt ex quo ipi nō fuerūt auctores nec
apparet ex qua cā fuit introductum ꝑt ꝑſumi
ex aliqua cā legitima introductū. Secus quā
do ex corruptela. q2 nō excuſant. de ꝯſue. ca.
cū tāto. Sʒ de hoc dic. vt. j. religioſus. §. xxxij
xii ¶ Utrū appellatōe monachoꝝ veniāt alij re
ligioſi. R. Pa. in. c. ex pte. de puſtulan. ꝙ qñ
conſtitutio emanat reſpectu religiōis. lʒ loq̄
tur de monachis. tñ extendit ad omnes reli
gioſos cuiuſcū religionis. Et hoc niſi poſ
ſit aſſignari ratio diuerſitatis inter eos ⁊ mo
nachos. qḋ no.
xiii ¶ Utrū monachus poſſit confiteri epō vł pe
nitentiario. R. ſm Rodo. ꝙ ſic. niſi ſit exem
ptus vł ꝓuilegiatus a papa.

Monachus

Monaſterium an obligetur ex facto
monachi. R. ꝙ nō. nec ex delicto. ne
cꝫ cōtractu. niſi in duob' caſib'. Pri
mus ſi hoc ſit verſū in vtilitates monaſterij.
q2 intantū tenet ⁊ nō plus. ar. x. q. ij. hoc ius.
Secūdus ſi a cōuentu ſit cōmiſſa adminiſtra
tio. q2 intantū inquātū ſe extēdit adminiſtra
tio intantū obligat ⁊ nō plus. ſm Inno. in. c
olim. de ꝓui. Et hoc intelligo tā in monacho
q̄ȝ in abbate. Facit in ar. ꝙ nō obliget. inſti. ḋ
aucto. tuto. in ꝓn. vide glo. xi. q. i. de ꝑſona
i ¶ Utrū poſſit acquiri ꝑ monachū obligatio
alteri monaſterio. R. ſic etiā ꝑ monachū fu
gitiuū. vt. ff. de acq̄. poſ. li. i. xviij. q. i. abbates
2 ¶ Utrū relictū monacho cū tali cōditiōe ꝙ
nihil acquirat monaſterio valeat. R. ꝙ nō ni
ſi talis cōditio intelligat ꝙ nihil acquiratur
monaſterio reſpectu vtilitatis. non reſpectu
iuris ſicut no. Bar. in aut. excipit. C. de bo. q̄
liber. q2 tūc valet. qḋ ē dicere ꝙ cōuentus ꝑ
mittat illū adminiſtratōem habere relicti. ſi
cut ⁊ ſeruus dicit habere ꝓpriū. vt. l. is qui ſu
is. ff. de manu. ⁊ facit qḋ legit ⁊ no. in glo. l. lu
cius. §. tres heredes. ff. ad tre. Nō quidē di
ctū. Bar. Limito verū qñ talis adminiſtratō
refertur ad caſū licitū. ſ. vt diſpenſet in pios
vſus. qḋ religioſis licet etiā. de teſtamē. c. ij.
li. vi. vł vt cōuertat ad vſū veſtimentoꝝ. vł li
broꝝ ⁊ hmōi. Nō aūt liceret vt poſſet admi
niſtrare ad libitū illa bona tanq̄ȝ ꝓpria etiam
de licētia pape. d. c. cū ad monaſterium.
5 ¶ Quid ſi abbas nō vellet cōſentire vt ꝑdi
ctā licitā adminiſtrationē ſuſciperet. R. Re
lictū nō valebit ⁊ remanebit apud grauatū. l

vnica. C. ḋ ca. tollē. ⁊ gl. in. d. §. tres heredes
¶ Utrū bona ingrediētis ꝑtineāt ad mona
ſteriū iure ſucceſſionis. an iure traditōis int
viuos. R. ꝙ magna ē cōuerſia inter. docto. ⁊
glo. iur. ciuilis. de quo vide. Albri. in aut. in
greſſi. C. de ſa. ſan. ec. Sed tu tene verius eſſe
ꝙ iure ſucceſſiōis. Attamē ſi leſū fuerit potu
it reſtitui ad minoris ſītitudinē. vt. C. ſi vt ab
here. ſe ab. ꝑ totum.
¶ Quid de bonis ingrediētiū ordinē minorū
aut alioꝝ qui nihil poſſunt habere. R. Albri.
in. d. aut. ingreſſi. recitat opiniones quatuor.
Prima ꝙ habeant ꝑ derelictis. Scđa ꝙ pti
neant advenientes ab inteſtato. Tertia ꝙ ad
epm in cuius dioceſi ſubſunt. Quarta ꝙ acq̄
rat eccleſie romane cui ſubſunt ⁊ inde alātur
Et hec ē verior. de quo nō me extēdo. q2 hñt
oīs tales ꝓuilegia in hmōi. quibus oportet
ſtare. ⁊ vide. s. legatū. i. §. v.
¶ Utrū acquiſita ꝑ monachū expulſum vel 6
fugitiuū efficiant monaſterij ſui. R. vt colli
go ex no. ab Inno. in. c. cū olim. ḋ ꝓui. ⁊ Ho.
in ti. de infantibus expo. ⁊ alios. ꝙ ſi mōaſte
riū noluit eū recipe vel maior ps capituli. ſic
erūt epi. vł alterius monaſterij ſi ipm ē igreſ
ſus. Si vero ſolus abbas vel minor ps fuit in
culpa. ſic acquiret monaſterio ſuo. Si aūt nō
curauit redire talis manochus. ⁊ totū mona
ſteriū vidēs eū vagabūdū neglexit. ſic ſilr ac
quiret epō vel alij monaſterio ſi qḋ ingredit
ſicut de ſeruo ḋr in. l. qḋ ſeruus. ff. ḋ ſtipu. ſer.
ꝙ fit apprehendētis. Nō ſi monaſteriū repe
tijt. ſed nō potuit obtinere aliquo impedimē
to. ſic acquirit monaſterio ſuo. in aut. de ſan.
epi. §. ſi monachus. Prelatus eñ pōt mona
chū fugitiuū vendicare cū omnibus bonis ꝑ
eū acquiſitis. c. abbates. xviij. q. ij. Aut ſi for
te ad aliud mōaſteriū ſit trāſlatus ꝓpter pec
catū ſuū. puta q2 ponit in alio monaſterio ad
penitētiā faciendā ⁊ hmōi. xxvij. q. i. c. ſi qua
monacharū. ſic bona illa que ꝓprio monaſte
rio attulerat. quo ad vſufructū erunt ſecundi
monaſterij. xvi. q. vi. ḋ lapſis. ⁊ poſt eius mor
tē redibūt ad ꝑmū. Si vero tranſit ad ſecūdū
monaſteriū licite. q2 ſtrictius vel q2 ꝓmouet
in ꝑlatū alterius. ſic tenēt aliqui in. c. ꝙ a te.
de cle. cōiu. ꝙ quicq̄d acquiret poſtea erit ſe
cūdi. ſed alia ꝑmi. ⁊ videt tex. ꝓ hoc. xviij. q. i
in. c. vnico. Alij dicūt ꝙ omnia ſibi vndecū
ꝓuenta erūt ſecūdi vł dignitatis q2 vident ac
cedere ad ꝑſonā lʒ expſſe fuerūt collata tēpo
re ingreſſus rōe ꝑdicta. ⁊ illud. c. vnicū loqui
tur de acquiſitis ex induſtria mōachi q2 erūt

penes ꝓmũ monaſteriũ in quo ea acquiſiuit ⁊
hoc vltimũ ſentit dñs Car. in. d. c. ꝙ a te. Pa
nor. vero ibidē tenet vt bona matrimonialia
ſequant̄ ꝑſonā. ar. huius. c. ꝙ a te. ⁊. c. ex trāſ-
miſſa. de renũ. ⁊. l. ij. ff. de colle. illici. ⁊ hoc ſe
qui videt̄ Ho. ⁊ Io. an. in. c. ꝙ a te. ⁊ magis
placet mihi opi. Car.

7 Vtrũ monaſteriũ poſſit grauari noua con
ſuetudine. ſeruitio. vel onere. R. ꝙ non. niſi a
ꝓncipio de conſenſu epi a patrono ſit ei impo
ſita. vt in. c. ſciētes. de cenſi. nō tñ intelligas
ꝙ in dote neceſſaria poſſit etiā a pricipio im-
poni aliquod onus. ſed intellige in alijs a do-
te ꝑdicta.

8 Vtrũ quis poſſit frequentare monaſteria
monialiũ. R. ꝙ nō. niſi ex cauſa manifeſta et
rationabili. alr̄s poſt admonitōem frequētan
tes ſi ſunt clerici deponunt̄. ſi laici excōicent̄
c. monaſteria. de vi. ⁊ ho. cle.

9 Vtrũ monaſteria dupla feminaꝝ ⁊ religi-
oſoꝝ ſint licita. R. ꝙ nō. vt in. c. diffinimus.
⁊. c. in decima. xviij. q. ij.

10 Vtrũ quis poſſit ꝑfici duobus mōaſterijs
R. ꝙ nō. ſicut nec pluribus eccleſijs curā ha
bētibus animarũ. niſi vnũ depēdeat ex alio.
de ꝓben. c. cũ ſingula. li. vi. imo plus ſi mona-
chi vnius mōaſterij ꝑoratus vel eccleſias aut
adminiſtrationes ſeu officia vnius monaſterij
cōſueta ꝑ eiuſdē monachos gubernari ſine li
centia pape cōmitterēt mōacho alterius mo
naſterij ſunt ꝓuati auctoritate ꝓuidēdi ea vi-
ce ⁊ recipiētes fiũt ineligibiles ipo iure. d. c.
cum ſingula. §. fi.

11 Vtrũ abbas poſſit vſufructũ alicuius rei
relictũ monacho ei auferre. R. ꝙ ſic. ꝑ no. in
aut. ingreſſi. C. de ſacr. ſan. ec. ⁊ in. c. ij. de ſta.
mo. Sz quid ſi addat̄ ſi moleſtet monachũ ca
dat a legato. gl. in. l. lucius. §. tres heredes. ff
ad treb. Hāc queſtionē format ⁊ ibi Bar. et
ꝑ Cy. in. l. quotiēs. in fi. C. ď dona. q̄ ſub mō.
⁊ ꝑ Bar. ⁊ Bal. ⁊ Io. de imo. in. l. ſi alienũ.
in ꝑn. ff. de here. inſtitu. Et cōclude ꝙ ſi legās
diſponat ꝑ viā pene nō valet. q2 impoſitō pe
ne ſuꝑ facto impoſſibili de iure vel de facto nō
valet. vt. l. cerdonē. ff. de op. lib. ⁊. l. i. C. ď his
q̄ pe. nomine. Sz ſi vult non poſſit moleſtari
dicat lego vel relinquo vſufructũ tali mōacho
donec ⁊ quouſqꝫ abbas faciat ei queſtōz ⁊ ex
tũc nō relinquo. ita dicit Bal. in. d. l. i. in. vij.
q. ⁊ Paulus de caſtro in. d. §. tres heredes.
Sz in eo qḋ habuit monachus ante cōtrouer
ſiā poterit abbas cōtrouerſiā facere ⁊ illi au
ferre ſcḋm ꝑdictos.

Monialis nō debet habere ſingularē
habitatōnem ſed cōiter tā in eccleſia
q̄ʒ in refectorio ⁊ dormitorio eſſe dz
xviij. q. ij. ꝑnitioſam. vt ibi ſint teſtes caſtita-
tis ⁊ honeſtatꝭ. vt in aut. ď mona. §. cogitādũ
Nō debet loqui monialis cũ aliquo mona- 1
cho niſi cũ ſocia. vel ꝑñte abbatiſſa ⁊ breuiter
c. diffinimus. ⁊. c. in decima. xviij. q. ij.
Vtrũ poſſit cātare in choro cũ monachis 2
R. ꝙ nō. vt in. d. c. ꝑnitioſam.
Vtrũ moniales teneant̄ ſeruare clauſurā. 3
R. ꝙ ſic omnes. vt in. c. ꝑiculoſo. de ſta. re. li.
vi. Nec obſtat ꝙ quidā dicũt ꝙ nō ꝑt eis in-
dici vita artior ipis inuitis. q2 hoc nō ꝑtinet
ad artiorē vitā. ſed ad conſeruatōez honeſta
tis debite. ⁊ ideo nō excuſant̄ a ꝑeccato mor-
tali q̄ nō obſeruāt clauſurā cũ poſſint. ꝑt tñ
abbatiſſa exire ꝓ homagio faciēdo cũ hone-
ſta ſocietate. ita tñ ꝙ ad alia nō diuertat. Si
militer ſi eſſet aliqua q̄ notabili morbo labo-
rans ſine aliarũ infectione ibi eſſe non poſſet
vt. in. d. c. ꝑiculoſo. vbi ꝑlatis ipaꝝ ꝑcipitur
ꝙ ꝓuideant. ⁊ ꝙ nō ꝑmittāt patere acceſſus
quarũcũqꝫ ꝑſonarũ ad eas. niſi ex rationabi-
li cauſa ⁊ manifeſta ⁊ ꝙ ſingulis ānis eas vi
ſitent. ⁊ illa q̄ ſunt ita exēpte ꝙ īmediate ſub
ſunt pape debet epus auctoritate apoſtolica
viſitare. vt no. in cle. attēdētes. de ſta. mo. et
in. d. c. periculoſo.
Vtrũ teneat exceptio monialiũ nō mēdi- 4
cātiũ facta vltra numerũ earũ que poſſint ſu
ſtētari ſine penuria de ꝓuentibus monaſterij
R. ꝙ nō. imo ipo iure ē nulla. d. c. ꝑiculoſo

Moneta q̄t modis falſat̄. vide. s. fal-
ſarius. §. iiij. ⁊. v. ⁊ de qua debet fieri
ſolutio. vide. j. ſolutio. §. ij.
Mora incurrit̄ cũ quis nō facit id qḋ
facere tenet̄ in eo tpe. vt no. in. c. vlti-
mo. de locato.
An requirat̄ monitio vt q̄s cōſtituat̄ ī mo 1
ra. R. ꝙ ſi dies ē appoſita obligationi nō req̄
rit̄. q2 dies interpellat ꝓ homine. d. c. vltimo.
⁊. C. de cōtrahen. ⁊ co. ſtipula. l. magna. de q̄
vide obligatio. §. viij. Si vero dies nō ē appo
ſita obligatōi nec alia cōditio ſic requiritur
monitio ſcḋm Bal. in. l. nō ignorat. C. de fruct.
⁊ li. expen. ⁊ Ange. in. l. ſi manumiſſori. C. de
obſe. pa. pre. ⁊ Pa. in. c. licet heli. de ſymo. et
in. c. ij. de accuſati. Facit lex in fideicōmiſſi ⁊
ibi ē caſus aureus. ff. de vſuris. ⁊ in. l. quidaz
iberus in verbo qua de re volo vt cũ ibero lo
quaris. ff. ď ſerui. vrba. ꝑdi. ⁊ id qḋ legit̄ ⁊ no
tat̄ in. l. debitores. ꝑñtes ꝓus denũciatōibus

cõueniẽdi ſunt. C. de pigno. ⁊ in. l. ſi ex lega-
ti cã. ff. de ver. ſigni. ⁊ in. c. accuſatio. ij. q. vij.
licet glo. dicat in. d. c. ꝫ beli. ꝙ in pecuniarijs
admonitio eſt de boneſtate nõ de neceſſitate.
Cũ lodouicus de roma in ſuis notandis tꝫ ꝙ
ſi debitor citat̃ ſine monitõe ⁊ cõfitet̃ debitũ
ꝙ debet actor cõdẽnari in expenſis ſi pote-
rit ꝓbare ꝙ nõ fuit monitus. qꝛ debitori incũ
bit ꝓbatio. ⁊ ſic negatiua. Ratio qꝛ͛ius p̃ſu-
mit ꝙ creditor monuerit eũ. qꝛ cõiter ſic ſo-
let fieri. vt dicit̃ in. d. l. in fideicõmiſſi. Et iſtõ
ẽ veriſſimũ de iure fori. Sꝫ de iure poli teneo
ꝙ ſi creditor ex timore etiã reuerẽtiali nõ au
det petere debitũ vel ignorat. ꝙ tũc etiã ſine
monitõe cõſtituat̃ debitor in mora. alˀs nõ qꝛ
ex quo ſcit ꝙ ei debet̃ ⁊ ſine omni reſpectu p̃t
petere ⁊ nõ petit videt̃ conſentire ꝙ teneat.
Et ſic intellige. l. in omnibus obligatõibus. ff
de re. iur. ⁊ theologos in quarto. Attẽdite ꝙ
moroſus tenet̃ etiam ad reſtitutõem dãni da
ti ei cui nõ ſoluit ⁊ lucri ceſſantis. ſm ea q̃ di-
co. ſ. vſura. ij. §. xiiij. ⁊. xxx.
2 ¶ Quomõ purgat̃ mora. R. ꝙ ex celeri ſolu-
tõe ante requiſitõeꝫ factã. vt no. in. d. c. vlti.
Facit. c. cũ Bertoldus. de re. iudi. ⁊. c. ex tue
de cle. non reſi. Aduerte hic ꝙ mora ⁊ culpa
equiparant̃. niſi in hoc ꝙ mora ẽ purgabilis
l. ſi ſeruũ. §. ſequit̃. ff. de ver. ob. Et ſic p̃t itel
ligi. l. ſi is. in fi. ff. õ iure do. Et ideo ſi res q̃ ẽ
reſtituẽda vl̃ dãna eodẽ modo eſſet peritura
apud dominũ vl̃ eũ cui dãda ẽ nõ tenet̃ moro
ſus. l. fi. §. i. ff. ad. l. ro. de iac. ne creditor lu-
cret̃ cũ aliena iactura. Hoc ſequit̃ fulgo. in. l.
qõ re. ff. ſi. cer. pe.
3 ¶ Sed quid ſi dubitat̃ an peritura fuiſſet. R.
ꝙ de[...] i or moroſus nõ liberat̃. qꝛ interp̃tatõ
fit cõtra eũ. l. cũ res. §. fi. ff. de le. i.
Mors ẽ triplex. corporalis ſpũalis ⁊
gehẽnalis. de pe. di. vlti. c. vltimo.
1 ¶ Utrũ quis poſſit ſibi iflıgere mor
tẽ corporalẽ. vide. s. homicidiũ. i. §. ij.
2 ¶ Utrũ mors tꝑalis ſit ſatiſfactoria ꝓ pec-
catis. R. Sco. in. iiij. diſt. xxi. ꝙ mors natura
lis quãtũcũqꝫ ſit neceſſaria. tñ ſi volũtarie ac
ceptet̃ eſt ſufficiẽs pena ꝓ omnibus peccatis
venialibus. ⁊ forte ꝓ magna p̃te pene debite
ꝓ mortalibus. Ex quo infert̃ ⁊ ꝙ multo magꝭ
eſt ſatiſfactoria mors q̃ infligit̃ alicui etiaꝫ ꝓ
peccato ſuo ſi volũtarie ⁊ patiẽter ſuſtineat̃.
3 ¶ Utrũ mortuus reſuſcitatus reſtituat̃ in in
tegrum. R. vt elicit̃ ꝑ glo. ⁊ Archidi. in. c. ij.
xxxij. q. vij. ⁊ ꝑ Jo. an. ⁊ Panor. in. c. frater-
nitatis. de fri. ⁊ male. poſt Din. ⁊ Bar. brix.

ꝙ quo ad ea que imprimunt̃ in anima nõ ꝑdi
dit ⁊ ideo nõ reſtituit̃. Unũ ſacerdos reſuſci-
tatus nõ reordinatur nec baptizatus ⁊ hmõi
Jo. an. idẽ ſentit etiã in ꝓfeſſiõne. lꝫ caracter
nõ imprimat̃. qꝛ obligatio acquirit̃ deo q̃ nõ
morit̃. c. fi. de condi. appo. Sed Pa. tenet con
trariũ in hoc. qꝛ talis obligatõ ẽ reſtricta ad
tẽpus ꝑpterea ꝓfitentes dicũt. toto tẽpore vi
te mee ꝓmitto ⁊c̃. Et hoc credo verius ⁊ opi
nio Jo. an. militaret qñ quis ſimpliciter pro
mitteret ſaluare talem regulã. In alijs autẽ
in quibus nec caracter imprimit̃. ſed adherẽt
corpori. Jo. an. dicit ꝙ nõ reſtituit̃ nec recu
perat. qꝛ actio ſemel extincta nõ reuiuiſcit. c.
ex tranſmiſſa. de renun. Sed glo. in. l. ex. his.
ff. de legi. ⁊ in. l. ſeruus effectus. ff. de actio. et
obliga. tenet ꝙ recuperet indiſtincte. Unũ di-
cit ꝙ rũpet teſtamentũ quod ante fecerat et 6
recuperat bona. Archidi. vbi. s. tenet ꝙ reſti
tuit̃ quaſi iure poſtliminij. Et ideꝫ tenet Jo.
de fant. ⁊ bene. Ratio qꝛ ſi reſtitutio princi-
pis in integruꝫ refert̃ ad omnia. l. i. C. de ſen.
paſ. ij. q. iij. quotiẽs. in fi. ergo fortius reſtitu-
tio dei. Sed tu dic ꝙ ſicut nõ extinguit̃ obli-
gatio illius qui ꝓmiſit nauẽ alienã. ſed ſoluꝫ
ceſſat cꝰuis dominus nauem deſtruat animo
reparandi eam ex eiſdem lignis qꝛ eadem na
uis cenſet̃. vt in. l. qui res ſuas. §. aream ꝓmi-
ſiſti. ff. de ſolu. Sic in ꝓpoſito qꝛ dñs diſſoluit
talem animo vt poſtea ex eiſdẽ pulueribꝰ re-
ſuſcitaret. Et opinio contraria poſſet ſerua-
ri qñ fuiſſet morte reſolutus nõ animo reſtau
randi. qꝛ tũc nauis licet reſtauret̃ nõ eſt eadẽ
ſed in iſto caſu nõ p̃t eſſe. In matrimonio tñ
certũ eſt ꝙ nõ reſtituit̃ niſi de nouo cõtrahat̃
iterũ. qꝛ ſemel fuit diſſolutũ ex morte. ⁊ ideo
nõ recuperat iure poſtliminij. vt in. l. nõ vt a
parte. ff. de capti. ⁊ poſtlimi. reuer. ſecus in a
lijs. vt dictũ ẽ. Bar. etiam in. l. i. C. de ſa. ſan.
ec. tenet ꝙ reſuſcitatꝰ iterũ moriturꝰ. vt La-
zarus recuperat ⁊ reuocat teſtamentũ. ſicut ꝑ
natiuitatẽ filiorꝫ. ſed reſuſcitatus nõ ampli-
us moriturus nõ rumpet.
¶ Utrũ ſpoliãs mortuus peccet. R. ꝙ ſic. ⁊ 4
grauiſſime punit̃ ſm leges. vt de ſepul. viola.
l. p̃tor. §. aduerſus eos. ⁊ pꝫ̃us. iiij. ethi. latro
nibus tales annumerat.
¶ Utrũ mors ciuilis equiparet̃ morti natu- 5
rali. R. Be. in. c. ſuſceptum. de reſcript. li. vi.
Archi. ibidem. ⁊ do. An. in. c. licet. de offi. de
lega. plene ꝓſequitur. Sed tu cõclude. ꝙ aut.
verbũ mors ꝓfert̃ a iure in materia ſtricta. et
orbitanti a iure cõmuni. Et in dubio intellgi

tur de morte naturali. vt. in. d. c. ſuſceptū. ⁊. l. iij. §. hec verba. ff. de nego. ge. ⁊ ibi gl. ⁊ Bar. Aut ius nō eſt ſtrictū in quo ſcribit̄ mors. ſ; ē extendibile ex idemptitate rationis. Tunc ſi mors ciuilis non habet ꝑ omnia eundem effectū quo ad id de quo agitur quē habet mors naturalis. nō extendetur neq; equiparabitur morti naturali. vt dicit glo. in. d. c. queſitū. et in. d. c. licet. al's ſic. Si vero ſ̄ verbū mors ꝓfert̄ ab homine. tūc in dubio nō equiparat̄. q̄ꝛ verbū hominis debet referri ad mortē naturalē. vt in. l. ex ea pte. §. inſulā. ff. de verb. ob. Jo. an̄. xvi. q. i. placuit dicit. ꝙ regulariter mortis appellatōe intelligit̄ naturalis mors.

6 ¶ Quis dicatur eſſe in mortis periculo. R. infirmus q̄tidiana febre. Obſeſſus in loco vbi machine iaciuntur. vel a talibus hoſtibus q̄ eū volunt occidere. Nauigaturus ꝑ loca periculoſa. vel iturus ꝑ loca inſidioſa. Aut etate confectus ⁊ hmōi. vt patet. ff. de dona. cauſa mor. l. mortis cā. cū; tribus ſequētibus. Vel dic ꝙ arbitriū boni viri ē ſequēdū. vt penſatis conditionibus iudicet ſi ꝓbabiliter imminet periculū mortis ⁊ tunc dicat̄ in periculo mortis.

7 ¶ Vtrū liceat requirere a moriēte ꝙ ſibi reuelet ſtatū ſuū; poſt mortem. R. ſm Tho. in q̄libe. ꝙ ſic. dūmodo hoc ſubintelligat̄ ſi deo placuerit. ⁊ hoc nō fiat ex infidelitate vel dubitatione fidei.

Mulier vide. s. femina.

Multiloquium ſm Alex. fa ſe. ō multiloquio dicit̄ vt ē multitudo locutionis cum ſupfluitate. vl̄ ꝑter vtilitatem vl̄ neceſſitatē. Et ſic intelligitur illud puer. x. In multiloquio nō deerit peccatū. Aliud tamē ē ꝓprie loquendo multiloquiū aliud verboſitas ſiue linguoſitas. q̄ꝛ linguoſitas ſonat in contemptū ꝓuenientē ex conſuetudine ſupflue ⁊ inordinate locutōis. Multiloquiū vero non determinat tantū quātū linguoſitas. ſed ſtat in genere. ⁊ lic; ſit veniale. tn̄ linguoſitas ꝑt eſſe mortale. Vn̄ Job. i. Nunquid verboſus iuſtificabitur. quaſi dicat. non.

Munus tribus modis dicit̄. Aliquando capit̄ ꝓ dono. qđ quidē eſt ꝓprie id quod ſpōte ꝑſtamus ⁊ ex nulla neceſſitate vel iuris officio. quod quidē ſi nō ꝑſtaretur nulla eſſet reprehenſio. vt. ff. de ver. ſig. l. munus ꝓprie. Differt tamē q̄ꝛ munus eſt donū cum cauſa. Donū vero ſe habet in plus. q̄ꝛ etiā aliquando ſine cauſa. vt patet in. l. inter donū ⁊ munus. ff. de ver. ſig. Aliquando capitur ꝓ officio cum honore. Aliquando ꝓ honore ſine onere. vt habetur de his omnibus in. l. munus tribus modis dicit̄. ff. de ver. ſig. Vnde in. d. l. mun⁹. ꝓprie ē qđ neceſſario ſubimus lege imperio ve eius qui poteſtatē habet iubendi. Et de iſto hic tracto.

¶ Quotuplex eſt munus. Reſpon. ꝙ triplex. Quoddā ſordidū quod cōſiſtit in vilibus officijs. vt ī arena fodiēda. calce coquēda. ⁊ alia exempla in. l. maximarū. C. de excu. mune. Et poteſt dari iſta regula in ipis agnoſcēdis ſm Bar. in. l. vnica. C. de mulieribus. q̄ꝛ ſicut illud eſt honor. q̄ꝛ in loco reputat̄ honor. vt notat Inno. in. c. ō multa. de ꝑben. ita illud eſt vile quod reputat̄ vile ⁊ habet officia vilia ⁊ hec tm̄ dantur vilibus ꝑſonis nō maiorib⁹. vl̄ humilioribus. C. de ſuſce. ꝑpo. ⁊ archa. 1

¶ Quoddā munus dicit̄ honeſtū cū honore annexo ⁊ iſta munera appellantur honores in. l. cui muneris. ff. de mu. ⁊ ho. ⁊ iſta ſūt officia ſeu dignitates publice. d. l. vnica. 2

¶ Quoddam dicitur munus honeſtū ſolum. ꝙ non habet nec honorem nec vilitatem annexum. vt eſt tutela. cura ⁊ hmōi. ff. de excuſa. tuto. 3

¶ Quomodo dicunt̄ ꝑfata munera ꝑſonalia mere. R. ꝙ tūc qn̄ explicāt̄ labore corporali ſolū ſine ſumptu vel detrimento rerū ꝓpriarū. l. fi. in ꝑn. ff. de mu. ⁊ ho. 4

¶ Quādo dicuntur patrimonialia ſeu realia. R. ꝙ tūc ꝓprie qando conſumptu ꝓprio fiūt ab alijs. 5

¶ Quando dicunt̄ mixta. ſ. ꝑſonalia ⁊ patrimonialia ſeu realia. R. ꝙ qn̄ cū labore corporali a nobis explicant̄ ⁊ cū ſumptu noſtro. vt colligitur. in. d. l. fi. §. patrimonio℞. 6

¶ Quomodo dicuntur ordinaria ꝑfata munera ſiue perſonalia ſiue realia. R. ꝙ ordinaria ſunt quādo habēt certā ⁊ ordinatā ꝑſtationē ꝑ aliquā legē vel ſtatutū ſeu cōſuetudinem longam. vt. ff. de vaca. ⁊ excuſa. mune. l. in honoribus. §. qui muneris publici. 7

¶ Quomodo dicāt̄ extraordinaria. R. ꝙ qn̄ nō ꝑ legem vl̄ ſtatutū vl̄ conſuetudinē imponunt̄ ſed ſm volūtatē dn̄o℞ ſm Bar. ⁊ patet in. l. vnica. C. de vaca. pub. mune. Vnde ꝑ accidens iſta imponuntur.

¶ Aliquando iſta munera dicuntur indicta. vt quando princeps imponit per. l. aliqđ munus. vel ꝑ ſtatutum quod a principio erat extraordinarium ſed nūc efficitur ordinarium

¶ Aliquando dicit ſuper indicta vt qn̄ ſupra ordinariū aliquid imponit ꝓpter neceſſitate; 9

occurrentē. Facit. l. vnica. C. de ſup indicto.
Eſt ꝛ alia diſtinctio. Greg. ſuper illud. Iſa.
xxxiij. qui excutit manū ſuaꝫ ab omni munere
ꝙ triplex eſt. Munus a manu ab obſeqo ꝛ li-
gua de quo. j. ſymonia. v. in prin.

Murmuratio ſm quādā apoſtillam
ſup illud Sapiētie primo. Cuſtodite
vos a murmuratōe. Eſt quedā quere-
la cū impaciētia in his que homo deberet pa-
ciēter ferre. ꝛ cōmittit̄ aliquādo contra deuꝫ
p diſplicentiā eo ꝙ nō tribuat pſperitateꝫ vl̄
aduerſitatē ſm merita hominū vel q2 immit-
tit tribulatōes vel nō regit mūdū mō noſtro
ꝛ tamē iniuſte. q2 Iere. xi. Iuſtus quideꝫ tu
es dn̄e ſi diſputē tecū. licet nobis ſint occul-
ta talia iudicia. Aliquādo eſt ɔtra p̄latos. de
quibus dicit̄. xc. di. Alienus ſit a fratrū vnita-
te qui murmurauerat. ꝛ ideo apoſtolus. Ne
murmurraueritis ꝛc. pme. cor. ij. ꝛ qn̄ ſit pec-
catū mortale. dic ꝙ tūc qn̄ ex ipa ſit ɔtra ali-
quod p̄ceptū dei. puta q2 dicit vel credit de-
um iniuſtū vel iudicat temerarie ꝛ hmōi.

Mutilatio quid ſit. vide. s. homicidi-
um. v. §. vi.

Mutus per ſigna pt petere ſacramen-
ta ꝛ ei ſunt danda. xxvi. q. vi. qui rece-
dunt. ꝛ. c. ſe.

i ¶ Utrū poſſit ɔtrahere matrimoniū. vide. s.
matrimoniū. ij. §. iiij. ꝛ matrimoniū. iij. impe-
dimento. xviij.

Mutuum eſt qđ de meo fit tuum. ff. ſi
cer. pe. l. ij.

i ¶ In quibus rebus cōſiſtit ꝓprie mutu-
um. R. ꝙ in rebus q̄ conſiſtunt in numero vt
pecunia ꝛ hmōi pondere. vt maſſa auri. vl̄ ar-
genti. ꝛ hmōi. vel menſura. vt vinū. oleū. tri-
ticū. ꝛ que vſu cōſumunt̄. vt. in. d. l. ij. ꝛ inſti.
qui. mo. contrahit̄ obligatio. in pn̄. Dn̄ Ro-
do. menſurā reſtringit ad menſurā qua grana
vel liquida menſurant̄ nō ad illā qua pāni vl̄
terre. Et aduerte q2 debet dari mutuū vt red-
dat̄ nō eadē res in numero ſed ſimilis in gene-
re ſiue tantūdē ꝛ eiuſdē vtilitatis ꝛ p̄cij ꝛ eo-
dem modo. Dn̄ ſi dedit pecuniā. nō illā reſti-
tuet ſed ſimilē. ꝛ hmōi. aliter trāſiret vl̄ in co-
modatū. aut depoſitū. vel aliū cōtractū. l. ij.
ff. de ɔtrahen. emp. ꝛ. l. ij. ff. ſi cer. pe. Et nota
ꝙ hic nō accipit̄ genus ſm porphiriū. ſed po-
nit̄ ſpecialiter p quibuſdā rebus q̄ ɔſiſtūt in
numero. pondere ꝛ mēſura. Dn̄ tenet Azo ꝙ
ſi quis mutuo dediſſet pondus argenti ꝛ reci-
peret pecuniā ad numerū ꝙ ē mutuū ſi pecu-
nia ſit argentea. q2 idē genus reddit̄ ꝛ tantū-
dē facit. l. i. §. vlti. ff. de auro ꝛ argen. lega. et
ꝓpterea ſi res mutuata perit periculū ē mutu-
um accipiētis etiā ſi caſu fortuito. l. incendiū.
C. ſi cer. pe. inſti. qui. mo. re cōtrahi. obliga. §
itē. Secus ſi data eſſet pecunia in burſa con-
ſignata. q2 nō ē mutuū. l. ſi ab initio. ff. ſi cer.
pe. oportet ergo ꝙ tradatur vt ſit accipiētis
mutuū nō cōſignata aliter nō erit mutuū.
¶ Utrū dare mutuū petēti ſit de p̄cepto. R. 2
ſm. Sco. in. iiij. di. xv. ꝙ habēs pecuniā ſibi ꝑ
aliquo tp̄e inutilē mortaliter peccat ſi eā nō
mutuat indigēti ꝛ petenti. q2 facit cōtra p̄ce-
ptū nature ꝛ xp̄i. Lu. vi. mutuū date. ꝛ Iac.
v. Sed ſi ei eſſet vtilis puta negociando vl̄ ali-
ud de ea faciendo tūc diſtingue ſm ꝙ. s. dixi.
de elemoſyna. §. i. quō ē de p̄cepto ꝛ ſm illaꝫ
diſtinctōꝫ a fortiori dic de mutuo qđ no.
¶ Quomodo in mutuo ſit vſura. vide. j. vſu- 3
ra. pmo p totum.

Naufragium eſt naue fracta ſubmer-
ſio rerū ꝛ corporū qđ plerūqꝫ caſu for-
tuito ɔtingit ꝓpter vim tēpeſtatis vl̄
fluminis. l. d̄ p̄cato. ꝛ p totū. ff. ad. l. ro. d̄ iac.
¶ Utrū rapiētes aliquid de naufragio tene- i
ant̄. R. ꝙ ſic ad reſtitutōꝫ. nec excuſat aliq̄ cō-
ſuetudo. d. l. de p̄catio. ꝛ. ff. d̄ incē. rui. ꝛ nau.
l. ſi quis ex naufragio. nec excuſant̄ a peccato
mortali ſi rapiūt intētōe retinendi. nec excu-
ſant̄ ex aliquo p̄cepto. q2 cōtra p̄ceptū dei. le-
uitici. xix. Diliges proximum tuuꝫ ſicut teipm.
Ep̄s aut alius p̄latus debet deponi. Laicus
anathematizari. xxiiij. q. ij. illi qui ꝛ de treu-
ga. c. innouamus. ſm leges infra annū in qua-
druplū. Poſt annū in ſimplū puniūtur. l. i. in
pn̄. ff. de incen. rui. nau. Et hoc verū niſi ſint
nauigia q̄ exercēt piracticā prauitatē. vl̄ ni-
ſi xp̄iano nomini inimica. vt in ɔſti. Fede. ad
decus. §. nauigia. C. de furtis. aut. nauigia.
¶ Quid de dominis qui cōueniūt cum nautꝭ 2
de certa quantitate danda ne dep̄hendent̄ in
naufragio. R. ꝙ tenēt̄ reſtituere quicqd hac
de cauſa accipiūt. niſi ſpontanea liberalita-
te eis daretur. ſm Rodo. bene liceret ſtatutū
quo quis lucrat̄ tm̄ p rebus recuperatꝭ in ma-
ri naufragijs. intellige ſi fit ꝓpter vtilitatem
naufragoꝝ qui aliter n̄ recuperarēt res ſuas
ſed perirent in mari.
¶ Utrū inueniens res iactatas in mari vl̄ ex 3
naufragio teneatur eas reſtituere. R. Pa. in
c. cum dilecti. de accuſa. ꝙ aut erant p. o de-
relictis. ꝛ ſic fiunt capiētis. quia quod in nul-
lius bonis eſt efficitur naturali ratione capi-
entis inſti. de re. diui. Si vero non erant pro